## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

L. II. 85.

1008 Dip.
Thau...
5

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google




Digitized by Google

# SACRA HERBA,
SEU
# NOBILIS
# SALVIA,
JUXTA METHODUM
ET LEGES
ILLUSTRIS
ACADEMIÆ NATURÆ CURIOSORUM
DESCRIPTA,
SELECTISQUE REMEDIIS, ET
PROPRIIS OBSERVATIONIBUS CONSPERSA,
à
CHRISTIANO
FRANCISCO PAULLINI.

AUGUSTÆ VINDELICORUM.
Impenſis Laur. Kronigeri, & Theoph.
Gœbelii Hæredum.
Typis Caſpari Brechenmacheri.

J. Th. Hoeffel.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRIS
VIRTUTE, DOCTRINA, ET GLORIA
CELEBERRIMIS,

D.D. CAROLO PATINO,
Equiti D. Marci, inque Illuſtriſſimo & Celeberrimo Archi-Gymnaſio Patavino Med. Prof. excellentiſſimo, S.R.I. Acad. CURIOSÆ, & florentiſſimæ ac famigeratiſſimæ RECUPERATORUM Collegæ ſplendidiſſimo, &c.

D.D. JOH. CHRISTIANO Fromman/ Archiatro Saxo-Coburgiaco, inque inclyto ibidem Gymnaſio Caſimiro-Albertino Prof. præclarè merito, &c.

D.D. LUCÆ SCHRÖCKIO, JUNIORI, Liberæ & Imperialis Reip. Auguſtanæ Phyſico ordinario, Illuſtris Acad. Nat. Curioſorum ADJUNCTO, d. CELSO, & laudatæ Ital. Acad. RECUPERATORUM Collegæ &c.

D.D. DAN. GUILIELMO MOLLERO, in illuſtri & fertiliſſima Noricorum Aldorfina Metaph. & Hiſtoriar. Prof. Publ. ordinario, &c.

Amicis, Collegis, Doctori, & Fautoribus ſuis, ſincerè & conſtanter venerandis,

*Sacram hanc herbam*
bonâ mente
*offert*
ARION.

Digitized by Google

QUi Academiam noſtram Curioſam *Lilio* comparaverit, meô equidem judiciô, catè cenſuit, *Diu* enim hactenus *&* *procul*, licet ſpinas inter, doctrinæ, gloriæ, candorisque ſui odorem feliciter ſparſit. In cunis adhuc vagiens vix effugere poterat calumniæ flagella, quòd multùm ſpiraret, at parùm valeret. Sed ſi ſcîſſent iſti ſcioli, nihil ſimul cœptum & conſummatum, parciùs utique & modeſtiùs fati eſſent. Interim quisque noſtrûm bonus *nunquam otioſus* vixit. *In tenui* etiam *labor* fuit, ut induſtriâ *apiculæ* quilibet ſocius accenſus, optimum ſuccum, ex vaſto Naturæ campo collectum, in ſua conderet alvearia, & cum erudita communicaret turba. Non ceſſârunt tamen invidi barrire, mugire, rudere. At nobis cum *echino* ſpes & tutamen in armis. Ubi fumus, ibi ignis: ubi livor, ibi gloria. Bene illi, qui *undique tutus*. Crena noſtra DEO & Naturæ famulatur. *Imperio* pingimus & *poſteritati*, utinam feliciter! Cum nemine nobis odium: indoles noſtra *urticea*: *intacta quieſcit*. Habeat nunc hoſtis muros; fumet

Ilium,

Digitized by Google

Ilium, ſolus Bias cum *limace fert omnia ſecum.* Et timenti Dominum cuncta eveniunt feliciter. Ceterùm vobis, VIRI EXCELLENTISSMI, *ſacram* hanc *herbam*, in gratæ mentis obſidem, porrigere volui. Vobis enim me obſtrictiſſimum profiteor, TIBI ſanè, Illuſtris *PATINE*, quòd me ſincero amore hactenus complexus fueris, eumque multis documentis abunde probâris, imò nuperrimè, cùm aditum faceres in Illuſtriſſimam & florentiſſimam RECUPERATORUM Academiam, [quam DEUS ſervet!] TIBI, optime *FROMMANNE*, quod me adhuc adoleſcentulum in auguſto Athenæo *Caſimiriano*, Nutrice mea benigniſſima, prima ſaluberrimæ Artis elementa, edocueris, & poſt varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum tandem in Germaniam reducem paterno favore irradiâris. TIBI, mi *SCHRÖCKI*, quòd obſtetricante manu tuâ *herbula* hæc publicam conſpexerit lucem, ut multa alia veræ amicitiæ τεκμήρια heîc tranſiliam. TIBI denique, Cl. *MOLLERE*, ob tot & tanta in me collata beneficia, quæ publicè prædico, devinctum me pronuncio. Faxit DEUS, ut *Collegium Hi-*

*ſtoricum*, quòd Boni & Eruditi Germani jam moliuntur, ſuum, i. e. *proſperum*, habeat ſucceſſum! Nihil impedit, ſi invidos reperiamus. *Ubi enim virus, ibi* etiam *virtus*.
Valete in Domino, & favete porrò

Virtutis, Doctrinæ, & Gloriæ Veſtræ

Cultori perpetuo

*Iſenaci M. Febr. An.*
1 6 8 8.

C. F. Paullini.

Digitized by Google

# LECTORI
## SALUTEM ET GAUDIUM IN JESU CRUCIFIXO.

CUm, piô *Galeni* judiciô, *L. XV. V. P. c. 6. omnia* Naturæ *opera* ſint *admiranda*, ipſaq; rerum Natura *nusquàm magis*, quàm in *minimis tota* appareat, cenſente *Plinio L. XI. H. N. c.* 2. nemo equidem vitio mihi vertet, caudamve ſuſpendet, quòd hactenus in indagandis animalculis, domi natis paſſimque obviis, *cane* putâ, *bufone* & *lepore*, non tantùm NUNQUAM OTIOSUS fuerim, ſed potius eô, quô cœperam, *LABORE* & *CANDORE*, animoſè perrexerim, jamque Tibi, MI LECTOR, *SALVIAM*, curioſiori crenâ deſcriptam, ſelectisquè remediis, noſtrisque obſervatiunculis, nî ſordeant iſtæ, fideliter conſperſam, officioſâ manû dederim. Cum enim alij Domini Collegæ, quod ultrò fateor, ingenij ſui certamine me longe ſuperârint, & venuſtiora pepererint Volumina, cedrinô cortice digna, priſcûm more *HERBAM* hanc ex patria humo evulſam, ceu magnum *victoriæ* agnitæ *ſymbolum*, lubens & *victus* eis porrigere volui. Ne ex-

candeſcas autem, velim, quòd *curioſiori* crenâ deſcriptam plantulam noſtram nominem. Non eſt quòd rearis, eam *curioſe* eſſe ornatam; quia tamen ſecundùm leges & methodum *COLLEGII NOSTRI CURIOSI*, cui ſalutem voveo, deſcripta eſt, *Curioſam* diximus eam. Hem! ogganniet non nemo, hæccine *curioſa* Tibi, quæ omnium manibus, omniumque pedibus teruntur & calcantur quotidie? Sic ego ſanè cenſeo, mecumque *Curioſi* mei, *Argonauta*, *Pegaſus I*, *Phoſphorus*, *Achilles*, *Pegaſus II.*, *Bias*, & alii; quorum illi *abſinthium* & *cochleariam*, iſti *carduum benedictum* & *vitem*, hi verò *cynosbatum* & *juniperum* orbi ſtitêre eruditè curioſo, & quiſque abs cordatis Artisque peritis plauſum hymnosq; meruit. Sic me docuêre ſumini Viri *Bartholinus*, *Paulli*, *Oſtenfeld*, *Beverovicius*, *Borrichius*, *Cortummius*, & alii ſimplicium amatores & æſtimatores cordatiſſimi. *Simplicia* ſæpe *viliſſima*, & quæ *pedibus* conculcantur, *domi nata*, *longè multis exoticis* & *pretioſis* præſtant, ait veriſſimè candidiſſimus noſter *Paulli* in *Botan. quadrip. p.* 167. Næ, ſi per campos, montes, prata, hortos, ſylvas, ſtabula & fimeta noſtra ambulo, ſi ſurſum, deorſum, antrorſum, retrorſum oculos verto, omne, quod occurrit, *DEUM* & *pharmacopolium* ſpirat. Adeò *bonus* lucri odor ex re qualibet. Et ſalus noſtra etiam in *ſordibus* & *venenis* aliquando. *Domeſtica* remedia univerſæ patriæ ſufficiunt, eique ex voto ſatisfaciunt: & tamen rancida, effœta, adulterata, ſuſpecta & dubia exotica ægris noſtris obtrudimus, qs. cardo ſalutis noſtræ in ampullis & im-

impoſturis eorum, qui nos emungunt, verſaretur. Finge mihi, ſi potes, aliquid, quod vel ad tuendam, ſeu reſtaurandam, ſanitatem cordatus prudensque requirat, idque tellus noſtra nobis invideat. Tam æquam accepimus Naturam, & tam fertile ſolum, Sic noſtra nobis fert omnia tellus. Quæ non tulit, iis certè commodè carere quimus, ut meritò *Galeno L. X. ſimpl. c. 4.* vel *curioſi*, vel *ſtolidi* videamur, qui *tantis, tamque probatis remediis* prætermiſſis, *minus probatis, citra neceſſitatem*, uti volumus. At cum gemitu *Theophr. Paracelſ. T. VII. Parad. L. I. de reb. nat. c. 7. de ſulphur. p. 120. Eo res*, clamat, *mundi jam rediit, ut Medicina merum nugamentum ſit, non ut prius, ars aut ſcientia.* Nec enim *Artifices*, ſed *Sophiſtæ* Medicinæ præſunt. Ideo *Cous in Lege* Artem noſtram *omnium* quidem *nobiliſſimam*, ſed propter eorum, qui eam exercent, *ignorantiam*, eorumque qui *temerè* de his judicant, *omnibus Artibus* eheu! *inferiorem* cenſet. Sic tempora! ſic mores! ô utinam meliores! Ceterùm vanus, qui *formulas* elegantium Medicorum, catè ubique nobis decerptas & innnexas, momorderit. Æſtimo leges *Collegij*, cui fidem ſpopondi ac obſequii gloriam, calcans veſtigia *Excellentium* Virorum, quos penna volare fecit, quique Te, *Mopſule*, non magis ſalutabunt quàm *canem*. Quorſum verò ſubtextæ *obſervationes*? quaſi ſine experientia fari poſſet Medicus. Cui non arriſſerint, expungat, qui meliores aut rariores dare poteſt, ſubſtituat, ego equidem non ringar. Sed merè *Galenica* ſunt plerunque, cum tamen hodie *Chymica* triumfent remedia.



Digitized by Google

media. Heus, bone Vir, qui talia blateras. Secta, cui nos addictum dicimus, eſt *dogmatico-ſpagirica.* Tune ſomnias, Medicinam eſſe *Hippocraticam*, ſeu *Galenicam*, vel *Paracelſicam*, aut *Helmontianam*, ſeu *Sylvianam*? ego potius dixero: quæcunque ab his omnibus *recte* dicta & docta ſunt. Nec faſtidium mihi parit *antiquitatis* rancor, nec ſalivam ſtatim movet *novitatis* dulcedo. Sola bona, quæ vera ſunt, ſeu *Cous*, ſeu *Hermes*, ſeu *Galenus*, ſeu *Paracelſus*, ſeu *Davus*, ſeu *Oedipus* ea dixerit. Sapiens enim à quolibet diſcit, etiam Idiotis aliquando. Et ô utinā cum venatoribus, piſcatoribus, ruſticis, & ejuſmodi turba, frequentiùs converſaremur, fortè plura ſciremus Naturæ arcana. Veneranda igitur Veterum canities, venerandi etiam juniores, qui *mente* citiùs caneſcunt. Gloria *Hippocrati*, honor quoque *Hermeti*. Laudo illius *candorem*, nec temno hujus *induſtriam*.

Sic conſpiratur amicè. Quòd verò cujuslibet Ciniflonis, qui nec Galenicorum, ſeu Chemicorum chartis impalluit unquam, *eſſentias, tincturas*, & hujuſmodi *ſtagmata venalia*, non approbem, amor, qui DEO & proximo me devinxit, ſeriò vetat. Medicum oportet eſſe *Phyſicum*. Damnamus enim tam ἀδυναμίαν, quàm ἀπειρίαν. Timiditas *impotentiam* indicat: audacia Artis *ignorantiam*. *Hipp. in Lege c. fin. Pergamenus L. de purg. facult. c.* 5. Siſtit nobis λογιάτρους, [*ſermone* Medicos, Plauder-Aertzte/] quos Cous τῷ ὀνόματι ἰητρούς [*nominetenus* Medicos,] vocat, *Lib. de Arte*, & κατὰ νόμον, ex *conſuetudine*: cardatos verò, bonos, prudentes,

ac

ac peritos, κατὰ φύσιν, i.e. ſecundùm *rei ipſius veritatem*, interprete *Galeno*, ſeu *Phyſicos*, quos *Stagirita I. Ethic. c.* 10. τῶν ἰατρῶν χαρίεντες, juxta Caſaubonum, *Medicorum nobiliſſimos*, appellat, & hos tantùm honorari juſſit *Eccleſ.* xxxviii. honoribus ſcilicet eis debitis; ſeu, ut explicat *Rodericus à Caſtro L. I. Med. Polit. c.* 9. ut in *Rep. in pretio habeantur, deinde ut ex publico habeant ſtipendium, ut etiam pauperibus prodeſſe, & arti ſuæ commodiùs vacare queant, ne unquàm, ut mercenarii, medici vivant, ſed eos, tanquam vitæ parentes, cuncti venerentur, eiſdemque obedientiam præſtent patientes, propter neceſſitatem illorum, quibus utilia ſunt Medicorum conſilia, ut obiter ægroti officii ſui moneantur, & agnoſcant, ſuarum eſſe partium, Medicis obtemperare.* Magnum igitur limitem ponit *Senex* noſter inter Medicum φυσικὸν, & eum, qui eſt κατὰ νόμον, *ſecundùm opinionem*, qui talis videtur, at non eſt. *Nomine* enim *multi, re* ipſa *perpauci* Medici. *Hipp. in Lege.*

*Unde iſtud? niſi quòd pars horum* maxima *neſcit,*
*quid faciat, quid ſit prorſus* Medicina: *ſed ipſi*
*dum tantùm incumbunt* Sophiæ, *&* dialectica *diſcunt*
vincla, *quibus valeant* indoctum *nectere vulgus,*
*vix* elementa artis Medicæ & primordia *libant.*
*Sic labirynthæis ambagibus ad ſua tecta*
*inſtructi redeunt, atque enthymemata vibrant.*
*Hinc* tumidi *incedunt, hinc* publica prœmia *poſcunt:*

*Id*

*Id* ſatis *eſſe putant* [ nec decipiunrur ] *ad hoc, ut*
Carnifices *hominum ſub* honeſto nomine *fiant.*
O *miſera leges , qua talia crimina fertis.*
ô *cœci Reges, qui rem non cernitis iſtam.*
*Vos, quibus imperium eſt, qui mundi frena tenetis,*
*ne tantum tolerate nefas , hanc tollite peſtem,*
*conſulite humano generi, quot nocte dieque*
*horum* carnificum *culpâ mittuntur ad orcum?*
*Vel* perfectè *artem diſcant* , *vel* non medeantur.

Ut doctiſſimus Poëta, *Marcellus Palingen. Stellatus*, in *Leone ſuo p.m.* 126.*ſeq.* verè cecinit. Nobiliſſimus D.D. *Francus* in epiſtol., *monſtroſo Medico* ſeu diſp. inaugurali, doctiſſimi *Dn. Jeremiæ Cottæ*, Civis mei, habit. Heidelb. an. 1677. præfixa, omnem peſtilitatis cauſam in *Doctores & Profeſs. Academicos* rejicit, nec malè. Bonorum tamen cordatorumque memoria ſit in benedictione! Ceteris meliorem precabimur mentem. Vade nunc ô *Sacra herba*, ô *Nobilis Salvia*, & quæ ſint mortalium judicia, diſce. Abi in pace: vade ad pacem! Si Dominus voluerit, viresque ac otium nobis fecerit, *TALPAM* adhuc dabimus & *ANGUILLAM*, *Academicum* quippe *Curioſum* oportet *NUNQUAM OTIOSUM* mori. Memineris autem, Mi Lector, & me, qui diſſero, & Te, qui judicas, hominem eſſe, ut, ſi probabilia dicantur, nil ultrà requiras. DEUS Te Servet!

Scribebam *Iſenaci* in eremo mea Philoſophica
Anno DEI-HOMINIS
M. DC. LXXXVII.

QUam TU nobilitas Scripto doctiſſimo, AMICE,
grata TUUM Nomen *SALVIA* nobilitat.

Sic
Viri Nobiliſſimi,
nunquam otioſi
CURIOSORUM ARIONIS,
Collegæ ſui æſtimatiſſimi,
curioſo labori,
*NOBILI SALVIÆ*,
l, mque adplaudit
Auguſtæ Vindelicorum
Celſus,

Digitized by Google

In nobilem

# SALVIAM.

## CELEBERRIMI

## ARIONIS.

S*ALVIA* jamdudum movit mihi, crede, *Salivam*,
namque ea morborum maxima *peſtis* erit,
Et *Panacaa* quaſi. *FELICITER!* æquus, *Arion*,
dat lector *niveas* nunc Tibi ſponte *fabas*.
Non omnis moriêre: manet tua fama ſuperſtes,
& *Canis*, & *Bufo*, ac *Salvia* donec erunt.

Scripſit Amico Amicus, *Româ* nunc *in Siciliam* migrans,

Euſebius Hieronymus Fellmann/
M. D.

Digitized by Google

Quod felix fauſtumque eſſe jubeat Naturæ & Artis Autor, DEUS in ſecula Benedictus!

# SECTIO I.

*Qua*

## Philologico-Phyſiologica.

## CAPUT I.

## DE NOMINE SALVIÆ.

§. 1.

Τὸ ὄνομα διδασκαλικόν τι ὄργανον καὶ διακριτικὸν τῆς οὐσίας, cenſente *Plat.* in *Cratylo*, ut non ineptè dixerit *Gorgias* apud Eundem: ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα, *qui gnarus eſt* nominum, *gnarus erit* & rerum. Age igitur & nos, conſuetudinis à nobis receptæ adhuc memores, nomen *Salviæ* examinaturi, derivamus eam à *ſalvando*, qs. *Salva* ſit, aut quod multos *ſalvet*, & ad varia *Salutaris* ſit. Apud

*à nomine exordium.*

*Etymolog. latina.*



Digitized by Google

*Agrippam*, teſte *Aëtio Tetr.* 1. *ſerm.* 1. *p.m.* 24. eſt *Sacra herba*, quòd ſcilicet frequenti ejus uſû *ſteriles mulieres fœcundare* ſoleat. Alii *Salviam* κατ᾽ ἀναγρ. dicunt *Salivam*, quòd maſticata *ſalivam* moveat, multumque phlegmatis à capite trahat. Vel quòd mulierculæ, crebrò eâ veſcentes, *ſalivia* ſuis amaſiis faciant, oriſque *Salivas* invicē miſceant. Quæ κατα γλωττίςματα i.e. *linguarum comixtiones* fiunt, quando labella, more *iratorum canum, cum morſu* immiſcentur, ſeu, *columbinō ritû*, conſeruntur. Vid. *Catull. epigr. VIII. v.* 18. *Gell. L.XX. N. A. c.*8.*f.*104. & *Ovid. epiſt. Heroid.* 21. quæ *Sapphûs* nomine inſignita, *vers.* 129. *ſec.* ac *L. III. Amor eleg.* 6. v. 9. ideo *columbatim vivere*, ex mente *Piccarti* in *Pericul. Critico* c. 6. *p.* 25., idem eſt, ac *ſe plus ſatis invicem oſculari*, ſeu, *Tertullianis* verbis, *L. de Virginib. velandis* p. 502. *inter amplexus* & *oſcula aſſidua concaleſcere*,

Salvia qs. Saliva.

\- - *junguntq;* Salivas
*oris, & inſpirant preſſantes dentibus*
*ora. Lucret. L.*IV.

*Sed nunc id doleo, quòd puræ pura puella*
Savia *comminxit ſpurca* Saliva *tua.*
*Catull. carm.* 73.

*Savium*

Digitized by Google

*Savium* dixêre veteres pro *ſuavium.* *Plaut.* *Aſinar.a.IV.Sc.I.v.*53. *Savium.*

*Tu labellum abſtergas potius, quàm cuiquam* ſavium *facias palàm.*

Douza *Salivam* exponit, quam ſuſpicioſus amator aliorum oculis prodi, aut palam fieri non vult. *Salivam movere*, i.e. guſtum facere. *Sen.epiſt.79.* unde etiam *Perſ.Sat.*VI.

– – *turdorum noſſe* ſalivam.

Et *ſalivatum* apud *Columell.* quicquid ἀνασομῶι i.e. quicquid *guſtum* reficit. *Saliva vini* i.e. odor. *Plin.L.XXIII.c.*1. *Saliva Mercurialis* apud *Perſ.Sat.*V. eſt cupiditas illa lucri devorandi. *Saviis os lambere*, idque, ut dixi, *ritu canino*: qui, ſi quid *Sapidum* ligurierunt, *labra* etiamnum lambunt. *Savia* enim etiam *labra* ſunt. *Plaut. in Milit. Glorios. Act. II, Sc.I.v.*16. Adde aureum Clariſſimi *Taubmanni Comment.* *Saviare* pro tota re Veneris. *Id. in Mercat. a. III.Sc.II.p.m.*921. *a. b.* *Savia ſagittata* *Trinum.Act.II.Sc.*1.*v.*16. aliàs *armata oſcula* dicuntur, cum *armis* illis, quæ geſtare ſola per legem *Corneliam* licet, res geritur, ut contrà *inerma,* *Savia ſagittata.*

*Oſculaque admotâ ſumere* inerma *manû.* *Prop. L.I. eleg.*3.

i. e. *inermia*, quæ nimirum non conjunguntur in unum [amantium] votum, ut Phœbea iſta apud. *Ovid. I. Metam. fab.* XIV.

Oſcula *dat ligno, refugit tamen* oſcula *lignum.*

Conf. *Petri Colvi not. in L. Apulei. L. III. Metamorph. p. 49. edit. Lugd. in octav.* An. 1588. ac *Popmæ L. I. de uſu ant. locut. c. 5. p. 220.*

Saviolum *dulci dulcius ambroſiâ. Catullus.*

Et *Meliſſus*:

*Quid* mulſo *præſtat.*? ros *cœli*: rore *quid*? *hyblæ*
mel: melle *hoc*? nectar: *nectare*? *ſuaviolum.*

Et: Sacchara *quid ſuperat*? libum: *quid* liba? favorum
*guſtus*: *at hunc* guſtum? baſia; *roſcidula.*

Vid. *Reuſneri Ænigmatograph. p.* 119. At:

*Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.* Virg. ecl. III. v. 93.

Sit potius menti infixum aureum iſtud *Pythagoræ* oraculum: ἀπέχου κυάμων, quo de latius in *Cynograph. curioſ. Sect. IV. c. 9. p.* 192. Amor enim, voce *Muſæ*, Grammatici, γλυκύπικρος.

i. e.

i.e. cenſente *Catullo* ad *Mallium*, *dulcem miſcet amaritiem.* Ergo tuas res tibi habe! erat formula ſolennis in divortiis faciendis. Vid. *Taubmanni in Plaut. Amphitr. A. III. Sc. II. v.* 47. & *Trinum A. II. Sc. II. v.* 32.

§. 2. A *Salvia* eſt *Salviatum* ſeu *Salivatum*, i.e. tale medicamenti genus quô Veterinarii & Mulo-Medici utuntur in curatione brutorum. *Recens tuſſis optimè* ſalviato *farinæ hordeaceæ diſcutitur*, infit *Columell. L. VI. c.* 9. & 24. *Lupini ſemicrudi conteruntur, & offæ* Salviati *more faucibus ingeruntur.* Quibus tamen in locis *Calepinus in Lex. p. m.* 1293. pro *Salviato* mavult legere *Salivatum*. *Salviare* eſt *Salviato* mederi, aut *ſalviatum* deglutiendum præbere. Ita *Columell.* iterum loc. ultimò citat. *Vel tenero olere commiſto, torrido, molitoq; milio, & per unam noctem lacte macerato* ſalviatur. Rectiùs verò *ſalivatur*. Ecce alium *Columellæ* locum ejuſdem libri *cap.* 5. ubi ita: *Evincendi ſunt, quamvis peſtiferi morbi, & exquiſitis remediis propulſandi. Tunc panacis & eryngii radices, fœniculi ſeminibus miſcendæ, & cum defruti ac moliti tritici farina candentique aquâ conſpergendæ: eoque medicamine*

*Salviatum*

*Salviare.*



Digitized by Google

ſalivandum *ægrotum pecus.* Ubi *Salivandum* pecus dixit pro eo, quod eſt *Salivato* per os immiſſo curandum. *Salivandum* pecus *ſalivato* potionandum, ait *Beroald. in Columell.* Pulchrè *Martin. in Lex. Philol.* *Salivatum*, quod à quibuſdam *Salviatum* dicitur, *potionis* genus eſt, quo in *veterinis jumentiſque* maxime utuntur veterinarii, i. e. *medici veterinorum*. Sunt autem *Veterina animalia*, quæ vehere poſſunt. *Salivatum* à Saliva, qs. ſucco, dictum videtur. Qui autem *Salviatum* legere vult, à *Salvia*, ſeu *Sale*, nuncupationem trahit. Elegans *Plinii* locus *L. XXVII. c. II.* *Limeum* [rectiùs *læmeum* à λοιμῶ] herba appellatur à Gallis, quâ *ſagittas* in *venatu* tingunt medicamento, quod *venenum cervarium* vocant. Ex hoc in tres modios *ſalivati* additur, quantum in una Sagitta addi ſolet: ita offa demittitur boum faucibus in morbis, alligari poſtea ad præſepia oportet, donec purgentur; [inſanire enim ſolent,] ſi ſudor inſequitur, aquâ frigidâ perfundi. In h. l. *Dalechamp.* *Salivatum* medicata potio, quam boum faucibus infundunt, aut *ſalubritatis* cuſtodiendæ gratiâ, aut *virium* conſervandarum, aut *morbi* pellendi. A *Sale* dictum

*Salviare.*

dictum putant quidam, quia is pabulo miſtus bobus utiliſſimus eſt, quidam à *ſaliva*, quam largam & copioſam indita ori ejuſmodi medicamenta evocant.

§. 3. *Dioſcorides L. III. c.*40. vocat ἐλελίσφακον *Apulejus Madaurenſis in hiſtor. de virt. herb.* c. 101. σφάκον, qs. *in tabem redactam*, vel in *ſiderationem* flacceſcentem. Folia enim ſemper retorrida, ſenilia & exſucca videntur. Σφάκος quippe, ſeu rectiùs, σφάκελος, ἀπὸ τοῦ σφάττειν, *jugulare*, quòd calor nativus qs. *juguletur*, ſtirpium vitium eſt, cùm, Sirio ardente, & ſucco alimentario deficiente, languent ac marcent. Vid. *Ariſt. de juvent. & ſenect. ſeu de vit. & mort. c. ſ.* Excell. D.D. *Cortnummius*, Præceptor quondam honoratiſſimus, *L. de morbo attonit. c.*VI. §. 1. σφάκελον qs. φάος κελὸν *lucem denigratam*, ſeu *obſcuratam*, vocat. Extinguitur enim vividus & illuſtris color ſplendorque in *ſphacelo*, ob ſpirituum abſentiam, & in lividum atrumque convertitur. Ut igitur *Salvia* honoris nomen eſt; ita σφάκος, σφάκελος, & ἐλελίσφακος propudii, inquit Eximius *Hofmann. L. II. de Medic. officinal. c.* 211. §. 1. Aut num cum *Lobelio* à medendis *ſphacelo* penè de-

*Etym. græca.*

 mor-

mortuis partibus, quêis calorem nativum roburque inſitum revocat, ita vocabimus? aut num σφάκος à σφὰξ, quod doricè σφὴξ: quòd flores *veſpæ* ſint aſſimiles, aut folia *acutæ Salviæ* [hanc enim primò hâc voce ſignificari putem,] ſint σφηκοειδῆ, ex lato in anguſtum contracta, ut eſt *cuneus*, vel *veſparum imus venter*. Σφηκόω & σφηνόω eſt *cuneo*.

*Homonym.* §. 4. Mater *Lucii Apuleji*, Madaurâ Afri, erat *Salvia*, inter feminas probitate excellens, & cujus nobilitas ſatis clara. Ipſemet Philoſophus Platonicus *L.II. Metamoph. p.m.* 113. En, inquit, *Sanctiſſimæ Salviæ* matris generoſa probitas! Et *Germ. Audebert.* in ſua *Roma edit. Hanov.* 1603. *in* 8. meminit medici *Salviæ*. Sic enim ille.

*Heu mihi, quòd* Medicum *dederat, cui* Salvia *nomen,*
*Mars urbem ipſe ſuam, patriam natura Tiphernum.*

Celebris adhuc ICtus & Legatus Suecicus *Salvius*, cujus in *Theatro Europæo* paſſim fit mentio. Eſt etiam *Salvia* oppidum Triacenſium, in quinta Italiæ regione, qua de *Plin. L.III.* c. 13. *Petrus* Salbye / Jurium Studioſiſſimus, Amicus olim noſter Septentrionalis.

§. 5.

§. 5. Teutones Romanam ſecuti vocem dicunt Salben/ ſeu Sálven. Parochus qvidam [ut monente *Venuſino IV. od.* 12. conſiliis arduis *ſtultitiam brevem* miſceamus,] de ſuggeſtu matronam piè defunctam *roſæ* comparaturus, cuncta, quæ curta ſupellex ſuppeditarat miſello, pro macie ingenii compilaverat inque unum faſciculum comportaverat, rens, nunc ſe ſpartâ functum eſſe præclare. Rogat poſtea αὐτόφιλος Virginem, ſanguine & ingenio claram, quî ei placuerit ſermo funebris? illa ſubridens, catè reſpondit: Ach es war ein Roſe/ aber kein *Sal*-ben/ qs. diceret: non fuit in tanto corpore *mica Salis*. Mandat enim Apoſtolus *Coloſs. IV. 6.* ſermones noſtros *Sale* condire, i.e. ſapidæ doctrinæ ingeniique acumine. Καλὸν τὸ ἅλας. Ergò ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας. *Marc. IX.* 50. Ceterùm ſpuria *ſalviæ* nomina, e.g. elapho, boſcon, phagnon, beccon, ſpagnon &c. vid. ſis *T. III. Hiſt. plant. univ. Ebrodum, L.* XXVIII. *c.* 90. *p.* 305. *Homon. Hiſtor.*

a. Belgis dicitur *Savie*, Italis & Hiſpanis *Salvia*, his etiam *Salva*.

## CAPUT II.

## DE DESCRIPTIONE SALVIÆ REALI.

§. 1.

*Major. Salv.*

QUamvis utriusque *Salviæ*, majoris putâ minorisque, facies puerulis & mulierculis notiſſima, fas tamen, ut methodicè progrediamur. *Major* vivaci & lignoſa radice perennis eſt, ex qua ſurculi attolluntur complures, lignoſi, quadrati, hirſuti, incani aut viridantes. Folia *menthæ* foliorum forma acuminata, retorridâ facie pumicoſa, colore vel incano, vel viridanti, ſpadiceo, odore eximio aromatico, ſapore cum aromatica amaritudine acriuſculò & calido. Flores in ſpicam digeſti, ex foliorum quorundam alis cœrulei, aut ex albo purpuraſcentes, lamii, cucullo hirſuto, labello bifido, ex calycibus oblongis, fimbriatis, ſtriatis. Hanc ita deſcribit *Dioſcorides*: *Salvia* frutex eſt oblongus, ramoſus, virgas quadrangulares & ſubalbicantes habens: Folia malo cotoneæ ſimilia, longiora tamen & aſperiora, ac craſſiora, velut laten-

latenter detritæ veſtis hirta, ſubalbida, vehementer odorata, gravi odore. Semen in ſummis caulibus hormini ſylv. modo habet. Sic etiam delineatur à *Serapione*, qui tamen legiſſe videtur *ſtrictiora*, pro: *aſperiora* & *craſſiora*, ſc. folia.

§. 2. *Salvia* minor lignoſior eſt majore, nec ita facile multiplicatur, & longè præferenda majori. Non enim audiemus hîc *Apollinar. L. II.* qui omnes *Salviæ* ſpecies iiſdem viribus æquales *ſimpliciter* tradit. Sapore eſt magis amaro, aromatico & acriori. Multos ſtatim à radice profert ramulos, lignoſos, ex fuſco ſubrubentes, quos alternis bina ſemper ex adverſo ambiunt folia, longè anguſtiora, quàm in ullo *Salviæ* genere, in ambitu nonnihil crenata, ſeu criſpa. E quorum ſinu alii puſilli ramuli prodeunt: medius caulis in ſpicam purpureorum florum deſinit multis intermixtis foliolis. Radix dura, lignoſa, in ramos divaricata. Vid. ſis *Herbar. Ebrodunens, edit. A.* 1650. *in fol. & quid. L. XXVIII. Tom. III. c.* 91. *Minor.*

§. 3. Scimus etiam ex obſervationibus microſcopicis, folia *Salv. acuta* undiquaque cavernoſa eſſe, hinc quodvis *Ob. microſcop.*

vis extrinſecus facilè recipiunt. Plura de iis vide sîs infrà *Sect. ult. & in tract. noſtro de bufone ſect.* 1. *c.* 3. §. 37.

## CAPUT III.

## DE DIFFERENTIIS ET SPECIEBUS SALVIÆ.

§. 1.

*Salv. maj.* D*ioſcorides* unius tantùm *Salviæ* meminit, majoris putâ & vulgaris. At *duæ* potiſſimùm ſpecies officinis noſtris innotuêre. Altera vocatur à *Brunsfelſ. Geſnero, Trago, Cluſio, Lonicero, Camerario, &c.* latifolia, à *Fuchs. Dodonæo, Tabernæmontano, Matthiolo, Schrödero, Paulli &c.* major, à *Cordo,* hortulàna, à *Cæſalpino,* domeſtica, à *Lobelio* major ſcabrior, Germ. breite oder groſſe Salbey. Hæc variat foliis viridibus, iisque criſpis, & non criſpis, purpuraſcentibus, verſicoloribus, ſic vel totis, vel partim albidis floribus, communiter cæruleis, rarius candidis.

*Minor.* §. 2. Altera à *Brunsfelſ. & Geſnero* dicitur nobilis, à *Lonicero* acuta, à *Cluſio* anguſtifolia, à *Fuchs. Cordo & Trago,* aliisque minor, à *Camerario* tenui-

Digitized by Google

nuifolia auriculata, à *Bauhino & Pauli* aurita & non aurita, ab aliis pinnata & non pinnata, ac crucigera, germ. ſpitz= kreutz= klein= oder edle Salbey / acken Salbey. Variat hæc foliis auritis, ſeu pinnatis, [& præſtantior eſt latifolia, ſeu majore,] & non auritis: foliis aliquando lavendulæ concoloribus, ſed latioribus & gravioris odoris; rariùs luteolis: flore cærulæo, rariùs albô. Plures differentias vide. apud *Bauhin. in Pinac. Theatr. Botanic. L. VI. ſect. VI. p. m.* 237. & in *hiſt. plant. univ., ſeu Herbar. Ebrodunens. L. XXVIII. c. 90. p.* 305. *ſeqq.* Proſtat etiam in officinis *Cretica*, licet in facultatibus nulla ſit differentia. *Sylveſtris*, ſeu agreſtis plerumque iis ignota, quæ vel *nepeta* altera, vel *ſcordium* alterum, *Bauhino* tertium, *Geſnero Salvia* montana, σφάκελος *Dod.* Scorodonia *Cordo*. *Proſperi Alpini* experimentum eſt, referente id Rhizotomo Patavino, *Salviam creticam* ad inſtar *ſcamonii* purgare. D. *Velſch. Mičtomim. Cent. II. obſ.* 18. *Cretica.* *ſylveſtr.*

§. 3. *Plin. L. XXII. c.* 25. *lenti ſylveſtri* annumerat, rens, ἐλελίσφακον à lente dictum, ab aliis φάκον. Eſt, infit, & *ſylveſtris*, ἐλελίσφακος à Grajis dicta, abs aliis *Phacos*. Eſt ea ſativâ *Plinii conjectura.*

lente

lente lævior, & folio minore, atque ſicciore, & odoratiore, qvibus ſphacelum *Theophr.* innuit. Eſt & alterum genus ejus *ſylveſtre* odore gravi: hæc mitior, folia habet cotonei mali effigie, ſed minora & candida. Confundit *Dioſcor. Salviam* cum *phaco* & *aphaca*, ſubjungens tamen: noſtros, qui nunc ſunt, herbarios ἐλελίσφακον græcè, latinè *Salviam* vocare, *menthæ* ſimilem, canam, odoratam, fortè majorem intelligit. At *Libro XVI. c. 6. Salviæ* meminit, an verò de hac, vel ſtachy, vel ſphacelo *Theophraſti*, vel hormino vulgari, ſeu æthiopide loquatur, ambigitur. Et *Theophr. L. VI. c.* 1. Sphacelum & *Salviam*, ceu *ſylveſtre* & *urbanum* genus, diſtinguit.

*Et Matthioli.*

§. 4. *Matthiolus* etiam, præter *Salv.* hortens. *ſylveſtrem* habet, domeſticæ foliis ſimilem. At ipſa non eſt, quæ in Hiſpaniæ campeſtribus & aſperis locis, inque agro Maſſilienſi naſcitur: Porrò retur *Matthiolus*, ea *Salviæ* genera, quæ à *Theophraſto* redduntur, in Italiæ hortis quoque quàmplurima inveniri, putans: Sphacelum eſſe marem, *Salviam* feminam. Et quia Græc. *Salviam*, ἐλελίσφακον dixêre, inde factum perhibet, quòd *Plin.* nominum cogna-

Digitized by Google

cognatione deceptus, credidit, ἐλελίσφακον lentis ſpeciem eſſe. At *Dioſcoridis* textus corruptus eſt. Folia enim non malo *cotoneo* & *mentha* ſimilia. Legimus enim cum *Crateva* : Φύλλα ἔχη ὅμοια τῷ ἡδυόσμῳ. *Lobel.* etiam citatum *Dioſc.* locum ſugillat. Colunt quoque Curioſi *Salviam maculoſam* in hortis, ut notum eſt, conſtatque inter omnes. Noſtra Helena, quam in ſcenam producemus, eſt potiſſimùm *nobilis Salvia* ſeu *acuta.*

*Dioſc. corruptus.*

## CAPUT IV.

## DE LOCO NATALI, CULTURA, ET TEMPOPE SALVIÆ.

§. 1.

MAjor, ſeu *latifolia*, Salvia ſubinde in locis *aſperis & ruderatis* in Germania reperitur. *Camerarius* eam in *Gaſconia*, *Gallia Narbonenſi* & *Pedemontio* in *vineis* luxuriare vidit, in hortos verò translatam pulchriorem evadere ſcribit. *Monſpelii* & *Lugduni* Gallorum floret *Majo* : apud nos verò ſeriùs.

*Majoris locus natalis.*

§. 2. *Minor* ſeu *anguſtifolia*, [quà de nos in primis hîc,] creſcit potiſſimùm

*Et minoris*

mùm

Digitized by Google

mùm in terra *aſpera*, ut ea calefiant clibani, autore *Matthiolo*. In campeſtribus *Hiſpaniæ* locis, & in *Maſſilienſi* agro ſpontanea occurrit. Nos verò non niſi cultam habemus. Amat fœcundum ſolum, *argillâ* impręgnatum. Floret *Junio, Julio*, aliquando etiam *Auguſto*. Transplantatur [ut aliæ *Salviæ* ſpecies] Menſe *Martio*, rutâ interpoſitâ, quâ ſerpentes & buſones, hoſtes ejus, arceantur.

*Ubi copioſiùs creſcat.*

§. 3. Næ, ubi copioſiùs creſcit, ibi *capitis uterique* affectus plerumque erunt frequentiores. DEUS enim, in ſecula benedictus, notante *Solenandro Conſil. L. V. p.* 501. in *quacunque regione*, tales *plantarum* ſpecies creat, *quales* hominibus ibidem natis conveniunt. Hoc experimento ego ſanè confidenter nixus, ex *plantarum* hîc aut illîc naſcentium *frequentia*, haud obſcurè *morbos inquilinos* locorum indago.

*Obſ. Grönlandica.*

*Grönlandi*, referente Excell. *D. D. Hermanno Nicolai, obſervat: chirurgic. rarior.* num. 97. [quas latinitate donavit meus olim in Dania Commilito *Henricus* Creutzfeld/ Med. Candidat.] tantâ *ſorbuti* vehementiâ infeſtantur, ut omnis membrorum motus ipſis denegetur; præſertim in Inſulæ hujus *urſorum*

*ſorum monte*, Tafelberg/ dicto, *cochlearia & acetoſa* tam copioſè provenit, ut greſſus viatorum impediant. Semper *junctæ* & *vicinæ* hæ plantæ, quia ſeorſim ſumi non debent, ne ſingulæ per ſe ſumptæ detrimentum afferant, quippe altera *ſale volatili*, altera *acidô* turgeſcit, ex quarum miſtura intermedia qualitas exſultat. Conf. *Act. Med. & Philoſ. Hafnienſ. à Th. Bartholino edit. Vol.* 1. *obſ.* 9. Quid Danis, Batavis, Friſiis familiarius *ſcorbuto*, quid frequentius etiam iis *cochleariâ*? ubi luxurians *abſinthium* cernimus, ibi etiam crebriores *viſcerum obſtructiones* notabimus, *infirmitatem ventriculi*, *ſuffuſionem bilis*, &c. *Argonauta* noſter, Illuſtris FEHRIUS, *tract. de abſinth. p.* 25. nullibi majorem *verbenæ* quantitatem vidit, quàm in thermis *Wisbadenſibus*, quâ Natura mederi voluit *cephalalgiæ*, ob aërem loci calidum & ſulphureum ibidem frequenti. Contrà in *Schalbaccenſibus* nec *verbena*, quæ capiti, nec *abſinthium* aut *cichorium*, quæ obſtructionibus viſcerum proſpiciant, facilè offendes, cùm acidulæ hiſce malis abunde ſatisfaciant. *Bryoniæ* autem radices inſignes reperies pro exturbandis aquis retentis maximè proficuas. *Pleuritidem* Fran-

*Alia obſ. botanica.*

 coniæ

coniæ q. endemiam facilliter profligat *papaver erraticum*, agros copioſiſſimè & venuſtiſſimè exornans. Sic cùm meus olim Amicus ſincerus, *Daniel Prottenius*, elegans Artis noſtræ filius, extra mœnia *Hafnienſia*, & ubique ferè in triviis, copiam *naſturtii ſylveſtris*, ſive *thlaſpios*, provenire cerneret, & odore & ſapore *ſcorbuticum* eſſe remedium facilè perſpiciens, cœpit conſilia cum *Johanne Godofredo Beckero*, Pharmacopœo Regio, Amico etiam noſtro, de ſpiritu *eſſentificato* ex tota planta conficiendo, communicare. Et res ex voto ac ſalute plurimorum ſucceſſit. Vid. *Act. Med. Hafn. Vol.* 1. *obſ.* 134. *&* *ex iis Med. Sept. Bonet. Vol. I. L. III. Sect. XXII. c. X. p.* 689. Ita cùm Cl. *Elſnerus*, Collega quondam Curioſus, *Vincetoxicum album* maxima in quantitate ubique omnium *Carinthiæ Styriæque* locorum luxuriare vidiſſet, judicioſè concluſit: *Strumis* illud appropriatum remedium eſſe. Et certè nec ratio, nec experientia deeſt eruditæ huic conjecturæ. Vid. *Dec. I. Eph. Cur. German. Ann. I. obſ.* 57.

*Obſ. Prottenii.*

*Et Elſneri.*

§. 4. Retur quidem *Fabricius Hildanus Cent. V. obſ. chir.* 5. *cochleariam* iſtis in locis, qui *ſcorbuto* non vexantur,

*Omnium Fabricium*

Digitized by Google

tur, minimè, vel rariùs, & difficulter provenire, ideò Helvetiis *ominoſum* ac *infauſtum* fore judicat *L. de tuend. Valetud. p, 646.* quòd in horto ſuo penſili An. 1628. in copia creverit. Apud nos ſane *ſcorbutus* frequentiſſimus, licet *cochlearia* perpaucis tantùm in hortis alatur. Verùm ſunt nobis alia remedia, ut *Raphanus, chelidonium majus & minus, fumaria, nummularia, abſinthium, centaurium minus, naſturtium aquaticum, beccabunga, acetoſa, aquilegia, carduus benedictus, abies, vel pinus, lumbrici,* &c. Queis hoſtem patriæ fauſtè debellamus, ut non opus ſit extraneis. Quàm ſalubris enim *ſimplicium* medicamentorum præ compoſitis uſus: & *tenuis* præ pleno, *ſimplex* præ vario, *patrius* præ exotico aut peregrino victus ſit, id ὁ θαυμάσιος καὶ πολυμαθέστατος D. D. *Thomas Bartholin*⁹, Senior Arctoi orbis decus perpetuum, Præceptor olim meus in Regia & inclyta *Hafnienſi*, Nutrice mea benigniſſima, in venuſto ac aureo ſuo Commentario, cujus rubrica: *Medicina Danorum domeſtica*, ſolidè & accuratè probavit. Idem me docuit Vir Celeberrimus & Candidiſſim⁹ D. D. *Simon Paulli*, trium Daniæ ac Norwagiæ Regum

*Simplex medicina optima.*

Medicus feliciſſimus, Prælatus *Aarhuſienſis*, & primus in Acad. Hafnienſi Anat. Chirurg. & Botanic. Profeſſor, Studiorum meorum, dum viveret, fautor & promotor ſingularis, crebriùs repetens illam [aliaſque] hiſtoriam, quam inſeruit *Botanico quadripartito* ſuo *Claſ. III. p.m.* 513. de ſimplici *Veronicæ* uſu in felici emendatione *ſterilitatis*. Horum Virorum, ceu par eſt, prudentiæ parui, & parebo ſemper, dum memor ipſe mei. Utinam, & millies ô utinam, *Curioſi & nunquam otioſi*, vires plantarum domi naſcentium *curioſiùs* indagaremus, proh! quanta Ars ſaluberrima *præſidia*, quàm multa, eaque inſignia Naturæ *myſteria*, ſera, ſi quæ tandem futura, à nobis expectaret Poſteritas.

*Votum.*

*Sentent. Barthol.*

§. 5. E tripode ſane *Bartholinus* C. *VI. hiſt. anat.* 95: *Nunquam tam iniqua fuit Natura, ut cuique regioni ſua remedia denegarentur, quibus morbos incolarum profligarent. Domeſtica certè nobis ſunt medicamenta, quæ* SOLA (*ſine* externorum commercio) *morbis noſtris inquilinis medeantur. Sed ſemper majori fuco ſeſe externa adornant, & nota* patriæ *bona inferiora judicantur. Hinc tanto Mercatorum commo-*

*do,*

*do*, ſed ægrorum diſpendio, ex *Indiis Balſama pretioſa afferuntur, quibus ingens pretium laudem conciliavit. Sed ſi* Domi *quæramus, inveniemus, quæ cum externis* conferri *poſſint*, Imo & Anteponi.

§. 6. Vidit parens meus propè Hirſchfeldiam *Salviam* in annoſa Salice: alibi in betula *Sambucum*: ego in Salice *Scolopendriam*, & in fago *bonum Henricum*: in calvaria furis ſuſpenſi *aquilegiam* cum *floribus* notavit Amicus. In Polonia *Jacobus Cocus*, Med. Ddus, Amicus meus Veteranus, vidit *canem*, cui è regione *ſiniſtri renis* plantula, *fumariæ* ſimillima, creverat. Adde, ſi vacat, *Breviar. rer. memorabil. Iſibordi ab Amelunxen & Alex. de Inſula* N. XLII. *Obſerv.*

§. 7. Vidit Commenſalis noſter *Philippus* Werff / Sileſius, in veteri quodam *patibulo*, quo de adhuc fures pendebant, *abſinthium & Salviam florentem*, quibus carnifex in graviſſimis affectibus, & [ſi plebis teſtimonia admiſeris, ] *feliciſſime*, utebatur. Forte ſtudiô plantaverit ibidem, ut eò ſecuriùs vulgum falleret. Quid enim efficacius regit multitudinem, quàm ſuperſtitio? *Alia.*



Digitized by Google

## CAPUT V.

# DE VIRIBUS ET QUALITATIBUS SALVIÆ.

### §. I.

*Phäeton in annulo.*

SI in pretio habitus fuit ille machinator, qui, autore *Galeno* L. VII. περὶ Χρείας *c.* 1. in exiguo añulo *Phäetonta*, quatuor invectum equis, artificiô & ſpectaculô incredibili ſculpendo ita expreſſerat, ut ægrè quidem ὑπὸ σμικρότητος, *propter parvitatem*, cerni ſingula, ut cerni tamen πρὸς αὐγὴν λάμπραν, *ad claram converſa lucem* poſſent. Quantò magis in *Salvia*, in qua, ceu *gazophylacio Naturæ*, maximæ ejus vires in compendium contractæ multò amœniores apparent, *mirabilia* opera *mirabilis* DEI *Pſ.* XCIX. 3. ſeriò admiremur, inprimis ſi *ad orientem ex alto*, *Luc. I.* 78. Τὸν Πατέρα τῶν φώτων *Jac. I.* 17. ut par eſt, convertantur.

*Vires ſalv. in genere.*

§. 2. Quid autem fabor de virtutibus *Salviæ*? tot enim & tantæ ſunt, ut certè ſatis eas commendare neſciam. Sanitatem conſervat ſanis, languentibus largitur, mortuis ſpondet incorruptibilitatem. Vim digeſtivum, dia-

diaphoreticum, diureticum, alexipharmacum, ſeu bezoardicum? abi ad *Salviam.* Optas cephalicum, ophtalmicum, oticum, pectorale, antipleuriticum, antiphtiſicum, cordiale, ſtomachicum, anticolicum, hepaticum, ſpleneticum, hyſtericum, nephriticum, antiarthriticum, antifebrile? abi ad *Salviam.* Stillant Vulnera? lachrymant ulcera? Summa: in quocunque die tribulationis abi ad *Salviam*:

§. 3. *Diogenes*, narrante *Stagirita, L.I.P.A.c.4.* ſeu, ut alii ferunt, *Heraclitus*, in furnario tuguriolo hyeme, caloris gratiâ, nonnihil commorans, prætereuntes, quos ſordes loci ab ingreſſu deterruiſſent, ita invitabat: *Introite, ò boni: nam & hîc Dii ſunt!* Sic *Salvia* noſtra: Licet livida mihi facies, & ſquallida ſim, ac quotidiana vileſcam, ideoque algâ vilior pleriſq; ſordeam, vos tamen omnes & ſinguli, qui onerati & languidi eſtis, venite ad me, ego vos reficiam. *Et hîc Dii ſunt!* Guſtate & videte, quàm amabilis & mirabilis Dominus in omni opere ſuo. Venite, ego bajulabo languores veſtros. Vos autem DEO gratias! *Et hîc Dii ſunt!* Me qui habet, ampliſſimum habet pharmacopolium. Quærite & inveni- *Salviæ Diſcurſus.*

venietis. Quid natis ad Indos? quid vobis cum Afro aut Arabe? quaſi tanto pretio ſanitas conſtaret. *Et hîc Dij ſunt*! pudeat orientem adoráſſe ſolem, & ſpolia ejus, cum vitæ bonorumque diſpendio, venari. *Nam & hîc Dij ſunt*! Nulli regioni noverca eſt Natura. Ubi morbi, ibi etiam naſcuntur remedia. Minima ego famularum Altiſſimi, vitæ tamen mortiſque imperatrix, & vel ſexcentorum morborum ſalvatrix. Si tantus Salus in *Salvia*, pedibus veſtris domi ubivis obvia, quanta denique erit, ſi conjunctis viribus pro ſalute veſtra præliabimur ſimpliciſſimi floſculi? *Nihil* ſumus, cenſurâ *Herophili*, & tamen *manus DEI* ſumus. *Quod vultis, hoc ſumus.*

*Vires Salv. in ſpecie.* §. 4. Maximè autem *capiti & utero* dicata eſt *Salvia*. Omnibus quippe frigidis & inveteratis capitis affectibus, *vectibus* qs. extrudendis, *Galeni* voce in *L. VI. epid. S. VI. T. 3.* opitulatur, cephalalgiam, inde natam ἀγρυπνίαν & vertiginem profligat, lapſam memoriam fulcit, epilepticorum, apoplecticorum & catarrhoſorum ſacra anchora. Matrici, ventriculo, nervis, membranis, & articulis appropriatiſſima, & menſium clavis, ut in ſeq. Sectione,

ctione, σὺν θεῷ, ad nauſeam demonſtrabimus.

*Qualitates Salviæ.*

§. 5. Qualitates *Salviæ* ex *ſapore* & *odore* facile divinabimus. Qui cum amarus & acris ſit, non longè aberit ipſa à *tertio* caliditatis & ſiccitatis gradu, cum leni aliqua adſtrictione, teſtibus *Galen. L. VI. ſimpl. Hipp. L. II. de diæt.* & *Aët. tetr. 1. ſerm. 1.* Quamobrem, ait *Caſp. Hofmann. L. II. de M. O.* c. 202, in *decocto* quidem menſes movebit, & conceptui oberit: at ſi unum alterumve *folium* maſticetur, ſiccando fluidum ſanguinem corrigit, aſtringendo vaſa roborabit, ut ne ſanguis eat.

## CAPUT VI.
## DE PRÆPARATIS EX SALVIA.

§. 1.

*Præparata è Salvia.*

VIx formulam medicamenti offendes in quocunque morbo, quod non *Salvia* ſuperbiat. Recenſebimus ſaltem præparata è fol. ſem., ſummit. & flor. ejus deſumta.

I. Pulvis,
II. Suffumigium,
III. Decoctum,
IV. Infuſum,
V. Vinum, ſeu claretum.



Digitized by Google

VI. Cereviſia,
VII. Acetum,
VIII. Embamma,
IX. Aqua,
X. Spiritus.
XI. Oleum,
XII. Balſamus,
XIII. Extractum,
XIV. Eſſentia,
XV. Syrupus,
XV. Succus,
XVII. Conſerva,
XVIII. Electuar.,
XIX. Sal,
XX. Balneum,
XXI. Mani- & Pedilavium.

De ſingulis diſtinctius.

*Pulvis.* §. 2. *Pulvere* condimus juſcula ciboſque, de quibus infrà latiùs. *Greg. Horſt. L. II. obſ.* 21. pro iuvanda concoctione ſequentem pulverem, condimenti inſtar, cum cibis quotidie ſumendum epileptico præſcripſit.

℞. Rad. pæon. ʒß. *fol. ſalv.* rut., beton., thymi an. Mj. fl. lavend. anth. an. Mß. ſem. fœnic., pæon. excort. an. ʒij. macis acet. macerat. & exſiccat. ʒj. N. moſch. cinam. an. ʒß. F. pulv. Doſ. ʒß. in prandio & cœna.

*D. Dolæus* L. III. *Encyclop. med. c.* 14. *p.* 642.

Digitized by Google

*p.* 642. pauperculis podagricis præſcribit pulv. *fol. ſalv.* ℔ß. lap. 69. ſacch. cryſtall. an. ℥ij. M. ſerv. in vitr. ſum. cochl. 1. bis in die, cum hauſt. decoct. *fol. ſalv.* vel rad. bardan. Cibum faſtidientibus, ſanguinem mingentibus, & exſpuentibus, nec non mulierculis urinæ incontinentiâ poſt partum correptis, ut & dyſentericis, cæliacis, menſibus ſuperfluis, inteſtinorum, renum, veſicæ, fiſtulæque urinariæ exulcerationibus, & inde natis ſymptomatibus comendat *Mynſicht.* in *Armam. Med. Chym. Sect. V. p. m.* 122. Species ſuas *diaplantaginis*, fol. *ſalv. acut.* ſplendentes, quæ ſunt hujus deſcriptionis: *Alius.* *Alius.*

℞. Succ. glycirrh. terr. ſigill. an. ℥j. rad. plantagin., ſerpentar., tormentill. an. ʒvi. magiſt. croc. ♂tis per reverberat. fact. cc. uſt. & ppt. cortic. granat. a. ℥ß. lap. hæmat., Nuc. moſch, flaved. cort. aurant. caryoph. an. ʒiij. *fol. ſalv.* acut., viſc. querc. balauſt. an. ʒij. magiſt. corall. berberiſat. noſt., ſem. plantag., priap. cerv. an. ʒiß. pellic. inter. ventric. gallin. ppt. ſang. dracon. hypociſtid. an. ʒi. F. pulv. dos. à ʒß. ad ʒi. mane jejunô ſtomacho, vel ante prandiũ & cœnam, cum ℥iij. liqv. ſtill. plantag.

Ingre-

Ingreditur etiam *Salvia* ſpecies ejus *ſtomachicas Sect. cit. p.* 126. quæ tales:

*Alius.* ℞. acid. ♀. ℥iij. galang. min., Zingib. alb., piper. long, an. ʒiß. cardamom. min. nuc. moſch. caryoph. Zedoar. an. ʒi. rad. glycirrhiz. ras. *fol. ſalv. acut.*, ſem. rut. carv. oliban. an. ʒß. ol. cinam. ℈j. menth. criſp. acut. aurant. anis. an. ℈ß. ſacch. cand. alb. ℥viij. M. f. pulv. Doſis mane ac veſperi à ʒß. ad ʒi. in vin. malvat., aut alio generoſo. Collapſum appetitum excitat, tormina, vomitiones & ſingultus ſedat, aſthmaticos juvat, crapulam arcet, flatus diſpellit, ventriculum roborat, & alimenti diſtributionem accelerat. Plures ut taceam infrà recenſendos pulveres. Auget quoque plerumque pulv. ſternutatorios, ut illum *Rulandi.*

*Sterntatorius.* ℞. Sem. nigell. elleb. alb. an. ℈i. majoran. roriſm. *Salv.* an. ʒß. moſch. gr. ij. M. f. pulv.

*Alius.* Et *Schroderianum* L. *II. Pharm. Med. Chym. c.* 75. *p.* 275.

℞. Fl. anth. lavend. *Salv.* beton. fol. major. an. ℈i. macis, cinam. glycirrh. elleb. alb. præp. an. ℈j. tabac. opt. ʒj. M. f. pulv.

*Suffimiginm.* §. Suffumigium pauperculi faciunt è *fol. ſalv.* bacc. junip. fl. lavend. anth. majo-

majoran., cham., rad. angelic. &c. in peſte utiliſſimum. D. *Valent. Rumpel.*, Archiat. Saxo-Coburg. im Bericht von der Peſt P. I. c. 5. hoc commendat.

℞. bacc. junip. ℔i. laur. ℥iij. fol. abſinth. Miij. querc. *Salv.* acut. f. ros. rub., lavend. an. Mj. ſuccin., thur. myrrh. an ℥j. M. f. pulv.

Suffitus D. *Chelii* hic erat:

*Aliud.*

℞. Rad. veter. junip. exſiccat. & tenuiſſ. incis. ℔ß. bacc. junip. ℥iij. thymiam., thur. alb. an. ℥ß. ſem. nigell. coriandr. acet. macerat. & exſiccat., fl., irid. Flor., Gummi ladani, ſandar. arb. cer. alb. minut. inciſ. an. ℥j. maſtich. ℥ß. cort. citr. aurant. an. ʒvi. caryoph. ʒj. fl. lavend., ſummit. abſinth. cum ſemin. an. Miß. fol. ſpic. nard. *Salv.* meliſs. ad Mj. roriſmar. origan. majoran. an. P. ij. f. pulv.

Vid. *Scharf. de Junip. c. XIV. p. m.* 184.

*Paræi* erat hic *L. XXI. chirurg. c.* 19.

*Paræi.*

℞. H. rut. *Salv.* anth. bacc. junip. laur. nuc. cupreſs. an. q. v. infund. acet., quod poſtea ignitis lapidibus aſpergendum.

§. Decocta paſſim dabimus infrà, Suntque vel ſimplicia, vel compoſita. Sufficiat nobis hîc unicum, idque celeber-

*Decocta.*

Digitized by Google

berrimi *Jcelis*, Prof. Gryphiswaldenſ., quod ad attenuandos & concoquendos pituitoſos capitis humores inſigne. *L.I.Prax.Sect.I.p.m.*148.

℞. Rad. fœnic. petroſel. apij pœon. an. ℥ß. ſem. anis. fœnic. ſiler. mont. carv. an. ʒij. H. majoran. *Salv.* beton. ſcord. card. ben. ſerpill. an. Mß. fl. ſtæch. arab. roriſmar. ãã ʒi. cinam. macer. Zingib. an. ʒß. inciſ. & cont. canth. ſtanneo [vel magis fictili] impone, ſuperaff. ▽ ℔iiij. [ein halb Stübchen] Et tandem junctura canthari, ſeu operculum, fermento conglutinet. & in lebet. ▽plen. collocet., & per 2. hor. coq. poſtea, quando refrixit, colet. & colat. admiſc. Syr. de hyſſop. ſtæch. arab. Oxym. ſimpl. ãã. ℥iij.

F. potio. doſ. manè, & hor. 1. ante cœnam, ℥v.

*Infuſum.* §. 5. Infuſis variè inſervit *Salvia*, tàm ſimplicibus, quàm compoſitis, inprimis vino. Simpliciſſimum ſane *Salv.* infuſ. cum vino manuum tremorem inſigniter emendat, ſi quotidie mane ac veſperi, ſeu pluries, eô laves. *Cl. Küper.* in *Colleg. ſuo pract.* paralyticis valde commendat *Vinum* ſuum *Salviatum*, longâ experientiâ comprobatum, &

& optimum eſſe dicit, quod ex *muſto* paratur, ut ſic hujus fermentatione melior fiat virium extractio. Si nimirum mane & pomeridiano tempore hujus hauſtus ſumatur, & inter prandendum ac cœnandum, locô potûs ordinarii uſurpetur.

§. 6. Vinum *ſalviatum* etiam in ipſa peſte mirè prædicatur. Claretum paſſulatum laxativum inſignis *Mynſichti l. c. p.* 350. aſthmaticis, cunctisq; diuturnis pectoris affectibus utile, eſt hoc: *Vinum.*

℞. Paſſul. min. vino elot. ℥ij. fol. ſenn. elect. mechoacann. an. ℥j. rad. glycirrhiz. raſ. cinam. acut. ſem. anis. cont. an. ℥ß. Herb. pulmonar. maculos. phillitid. an. ʒij. tuſſilag. marrub. an. ʒiß. fl. epat. alb. hyſſop. *Salv.* an. ʒj. croc. orient. macis an. ʒß. fic. pingv. jujub. ſebeſt. dactyl. an. no. viij. Macer. in hydromell. opt & ant. aq. hord. an. ℔iij. per hor. xxiv. poſtea coq. parùm, & addit. ſacch. cand. alb. ℥iv. clarific. per manic. Hippocr. ut f. claret.

Laudabile etiam claretum ejus purgans *l. c. p.* 359. *Aliud.*

℞. fol. ſenn. el. ℥ij. rad. ireos noſtr. ℥j. mechoacann. hermodact. alb. turbit.

bit. alb. an. ℥ß. H. agrimon. ſcolopendr. veron. an. ʒij. ſem. fœn. anis. an. ʒiß. Caſs. lign. caryoph. Zingib. alb. cardam. min. an. ʒj. fl. geniſt. meliſs. bugloſs. *Salv.* an. ʒß. inf. in s.q. vin. veter. per xxiv. hor. poſteà coq. & in colat. adhuc calid. ℥xvi. diſſolv. mann. calabr. ℥iiij. iterum Col. & add. ▽. cinam. ℥j. elæoſacch. citr. ʒj. Denuò M. ut f. claret.

Pituitam & aquas educit, & à juncturis trahit. Cephalææ & epilepſiæ opitulatur. Veteres defluxiones ſiſtit, arthriticis, renumque doloribus utile catharticum. Doſ. à ℥iij. ad iv.

Plura alia, *Salviâ* coronata, reperies paſſim infrà. Adde illud *Sennerti L. V. inſt. Med. P. III. S. III. c.* 4. Simplex & purum ſi cupias vinum, para vel cum fermentatione, vel ſine ea, juxta manuductionem *Pegaſ. noſtri I.* ſub exemplo *cochlear.* in *tr. de ead. c. 9. p.* 46.

*Cerevifia.* §. 7. Cereviſiam quoque vulgus noſter condire novit *Salviâ*. Plebejis crebrò commendavimus cum effectu in diverſis morbis. Novi nobilem matronam, cujus potus ordinarius eſt ob *ſpaſmum*, quô aliquando divexatur.

*Acetum.* §. 8. Acetum fit infuſione & inſolatione è foliis, etiam floribus, ut *rutaceum,*

*ceum, ſambucinum* & alia, vel deſtillatione cum aliis ingredientibus. Folia tamen floreſque prius exſicca, [ quò minùs mucidum fiat acetum, ] & nonnihil incide. Commodiùs etiam acetum, per infuſionem parandum, prius cum re infuſa deſtillatur, & deinde deſtillatum cum recenti materia infunditur. Sic enim feces ſeparantur. Acetis antipeſtilentialibus paſſim admiſtam cernes *ſalviam*: Summâ quippe diligentiâ obſervandum, ut tempore peſtis omnes cibi *acetô* condiantur. *Nihil enim magis corruptionem impedit. Ficin. L. de peſte c.* 10. At dices: annon peſtem cum *Kirchero* tuo *animata putredinis ſobolem* nuper nominâſti, & omne *acetum verminoſum* in *Cynograph. tua Curios. Sect. ult.* c. 3. quî ergo contrà peſtem commendas? Non muto, quod dixi, verbum; & hoc jam ajo, ratione & experientiâ munitus. Vid. *conſil. medic. in peſte J.C.F.D. Mindereri med. militar.* an. 1667. *Norimb. edit. annex.* *Mynſicht* etiam aceto ſuo aromatico odorato *ſalviam* immiſcet. *Myns. aromat.*

℞. Rad. ireos flor. ℥iß. fl. lavend. ros. rub. tunic. an. ℥j. caryophyll. cinam. acut. an ℥ß. Nuc. moſch., macis, galang. min. Zedoar. an. ʒiij. cort. au-

C rant.

rant.citr. an.ʒij. ſtyr.calam. myrrh. rub. benzoin. an. ℥iß. fol. roriſmar. rut. majoran.*ſalv.* an. ℥j. gall. moſchat. ver. lign. aloes, ſantal. citrin. ſpic. indic. an. ℥ß. acet. vin. violat. q. s. M. & acetum tinctum beneque impraegnatum S. ad uſum.

Quod intincto panno lineo naribus, odoris ergo recipiendi, admotum cerebrum confortat, ſenſus excitat, ſpiritus recreat, animique defectione vires qs. emortuas copioſè reſtaurat, ceteriſque cordis affectibus opem unicè praeſtat.

*Embamata.* §. 9. Embammata in peſte praecipit *Rumpel.l.c.c.6.* ex fol. *ſalv.* contrit. inque aceto maceratis. Vir quidam eruditus, ſed maximè vertiginoſus, hujuſmodi embamma è fol. *ſalv. acut.* & rut. cruciger. valde ſibi habet familiare, ejuſque efficaciam depraedicat.

*Aqua.* §. 10. *Haud vitio mihi vertent, aut in pejorem partem interpretabuntur pharmacopolæ, & illiterata deſtillatorum turba,* [ infit *Langius*, Prof. Lipſienſ., in *Miſcellan. Curios. Med. n.* 30, *p.* 93.) *ſi, veritatis amore captus, hîc oggeram ipſis*, aquas *vulgato more* (videlicet non è ſuccis artificioſâ ſolertiâ) deſtillatas, *&* ſyrupos *non paucos parum,*

*rum, imò minimè efficaces, nulliusque facultatis participes,* in *officinis, tanquam* mera cadavera, *proſtare, ita ut medicamenta illa, quippe quæ ipſa putredini ac corruptioni maximè adhuc obnoxia ſunt,* nocumenta *potius afferant, quàm ut* intentionem ac operam Medicorum *felici eventu fortunent. Ratio hujus querimoniæ confeſtim in aprico eſt, quia* vitale robur *his medicamentis manifeſtiſſimè deeſt. Qui etenim medicamenta, quæcunque etiam ſint,* ſuo ac congenito ſale, (*eſſentiale vocant Neoterici*) *juxta arcanum & veris tantummodò Chymiatris notum præparandi modum, condire ac nobilitare neſcit,* is *genuinam verè præſtantium remediorum confectionem etiam plene planeq́; magno cum ægrotantium detrimento, ignorat. Si itaque ex herba cum flor. ſecundùm artem deſtilletur, &* ſale ſuo congenito *condiatur, magnarum utique virium eſt.* Efficaciorem reddes, ſi ſemel per veſicam deſtillatam, recentibus foliis affundas, iterum fermentesq́, & denuò deſtilles. Niſi capitellum veſicæ, ut & canalis in refrigeratione ſint de puriori ſtanno, aqua vitriolico & nauſeabundo ſapore impregnabitur, & planè alienas acqui-

ret vires. Optimè tamen & catè ordinatio Medica *Padeborn. Tit. III.* §. 12. *an.* 1667. edit.

Alle deſtillirte Waſſer / ſo inwendig zugebrauchen/ oder ſonderlich von denen Medicis præſcribiret / ſollen in gläſernen Geſchirren deſtillirt, auch alle Syrupen / ſo von Eſſig und ſauren Säfften bereitet / in keinem metalliniſchen Geſchirr geſotten oder verwahrt / ſondern / wegen ihrer Schärffe/in ſteinernen/oder verglaſurten Büchſen verwahrlich hingeſetzt werden/ ꝛc.

*Aqua Salviæ compoſita* hæc:

▽ *Salv.* comp.

℞. *Salv.* majoran. thym. lavend. epithym. beton. an. Mj. nuciſt. cinam. an. ʒß. Rad. irid. cyper. rot. calam. arom. an. ℥j. ſtor. calam. benz. an. ʒiß. inf. in ℔iiij. ♁. rec. ♂ 4. Deinde deſtill. per MB.

Calefacit & ſiccat: cephalica & arthritica eſt penetrantiſſima, uſui conveniens tam internè, quàm externè. *Schröd. L. II. Pharm. Med. Chym. c.* 38. *p. m.* 148.

*Spiritus.*

§. 11. *Spiritus Salviæ* eôdem fit modô, ac card. bened. &c. dupondiis tyronibus notô. *Oleum* ejus *ſtillatitium* ita paratur:

℞. Fol.

Digitized by Google

℞. Fol. *Salv.* ſemine turgidæ conciſ. & cont. more uſitato aff. s. q. ▽. ſ. deſtilla per veſicam amplam, & obtinebis oleum. *Oleum.*

Ad eundem modum mentha moſchat., abſinth., origan., roriſmar. &c. herbæ odorâ & 🜍eâ miſturâ abundantes, non tantùm virides, ſed etiam ſiccæ, tractantur, nec etiam ſeminum maturitas in omnibus expectanda. *Ang. Sala* in *hydrelæol. Sect. III. c. 2. p. m.* 79. a.

*Coctum* verò *oleum* & expreſſum quis tyro Artis pharmaceuticæ ignorat? Excell. *Dolæus* in convulſione commendat ∾ *Salv.* ℥ij. cum eſſent. caſtor. ʒj. *L. I. Encyclop. med. c. xii. p. m.* 194.

§. 12. *Balſamus Salviæ* ſimplex fit ex 🜍 ejus deſtillat. & cer. mixt., ſeu, quod melius, cum oleo nuc. moſch. expreſs., & ab odore ſuo per ♁ liberat. Compoſitos infrà paſſim dabimus. Summopere valent ad frigidos cerebri affectus. *Balſamus.*

§. 13. *Extracti Salviæ* meminit *Gr. Horſt. L. II. obſ. 2. p. m.* 75. ubi in vulnere capitis cum contuſione periculoſa hoc confici juſſit Linimentum: *Extract.*

℞. Pulv. rad. caryophyllat. angelic. ariſt. rot. irid. fl. an. ʒj. *extr. Salv.* be-



Digitized by Google

ton.an.℈ j.gummi elemi diſſolut. in ol.ros.℥ij. M. c.melle roſat. & guttulis aliquot 🜄vit.f. linim.

Aliqui extractum hoc pro ſecreto habent in morbo attonito, *Sebiz. T.* 1. *ſpec.med.pract. P.II. Sect.* 2.*c.*5. D.*Dolaus L.I. Encyclop. med. cap.de apoplex. p.m.* 157.*a.* commendat in tali affectu pro linguæ reſtitutione.

℞. *Extract.* theriacal. *Salv.* an.℈j. ∽. lil.convall. & ceraſ.nigr. an.℈ß. M. illinatur lingua.

Ingreditur etiam *Salvia* extract. bryon. compos., à *Grülingio* plerumque in omnibus morbis uterinis uſurpatum in *append.* ad C. 1. *obſerv.* poteſt etiam *Salvia* cum aqua fontana coqui, decoctum depurari, & inſpiſſari ad juſtam conſiſtentiam, ita, ut talis ſuccus vicem extracti ſuſtineat.

*Eſſentia.* §. 14. Vin' *Eſſentiam*? lege *Angel. Sal. Sect. II. Eſſent. vegetab. c.*6.& para. In paralyſi *Sennert. L.I. prax. P.II. c.*27. ita præſcribit:

℞. Theriac. ℈ij. cons.fl. lavend.℥ij. eſſent. caſtor. gr. v. ſal. chamæpit. gr. vij. *eſſent. ſalv.*℈ß. c. ſacch. f. bolus, poſt cœnam deglutiendus.

Admiſcet etiam ibidem apophlegmatiſmo.

℞. Rad.

℞. Rad. pyrethr. ℥iß. calam. aromat. ℥j. ireos ʒß. gran. junip. *fol. ſalv.* majoran. roriſmar. meliſs. an. Pß. cubeb. ʒß. coq. in s. q. ▽ pur. ad tert. ℞. Col. ℥vij. in quibus diſſolv. *eſſent. ſalv.* ʒij. ſyr. de ſtæch. ℥iß. M. pro apophlegmatiſmo.

Commendat eandem, ceu ſpecificum in paralyſi ſcorbutica, *Cl. Dravvitzius* de *ſcorbut. Tit. III. p. m.* 372. Ad loquelæ reſtitutionem in apoplecticis *Dolæus* l. a. præſcribit theriac. ʒj. conf. anacard. ℈ij. *eſſent. Salv.* ℈j. M.

§. 15. *Syrupus* incidens & attenuans, nervoſoque generi maximè gratus Excell. D. *Timæi* à Güldenklee *L. I. caſ.* 14. augetur *Salviâ* noſtrâ. *Syrup.*

℞. Rad. ireos, helen., calam. aromat. an. ℥ß. pæon. ʒij. H. *ſalv.* meliſs. hyſſop. prim. ver. beton. rut. an. Mß. fl. lavend. ſtæch. arab. roriſmar. an. p. i. ſem. ſiler. mont. anis. carv. fœnic. an. ʒiß.

Inciſ. & conquaſs. coq. ex ▽ f. ℔iij. ad remanent. ℔ij. Col. add. Mell. anthos q. s. f. ſyrup. tenuis, aromatiſ. pulv. nuc. moſch. cubeb. & cinam. an. ʒß

§. 16. Et magni ſanè uſus eſt *ſuccus ſalviæ* in paralyſi ſcorbutica, ſi cum *Succus.*



Digitized by Google

*Dravvizio* linimentum ita conficias, l.c.p.m.175.

℞. Pingued. taxi, vulpis, gallin. cicon. an. ℥ß. axung. caſtor. ʒij. ſerpent. ʒiij. *ſucc. ſalv.* abſinth. inſpiſſat. an. ʒij. ol. laur. ℥j. ſtyr. liquid. ol. in deſtill. balſ. de Peru primò prodeuntis & albeſcentis an. ℈ij. M. F. Linim.

*Extract. ☿i ſalv.* Expreſſus ſuccus optimèque clarificatus, ſi ad remanentiam ſextæ vel octavæ partis, exhalârit, in frigido loco per octiduum relictus bonam ☿i quantitatem craſſæ albicantis arenæ inſtar, qualem ☿um arenoſum poſt purificationem ☿i vini reſiduum ſubſidere facit, &, ſi probè eluatur, omnis ſaporis erit expers. *Sala in Tartarolog. Sect. II. c. V. p. m.* 141. Æmulatur ſui ſimplicis, à quo fuit ſegregatum, virtutem.

*Conſerva.* §. 17. *Conſervà* capitalis eſt, & fit ex floribus, uti tyronibus notum. Ex qua deinde, additis addendis, facilè conflamus electuarium, ut *iſtud Rivevij L. I. prax. c.* 1.

*Elect.* ℞. Conſ. Rad. acor: [aut Zingib.] & cort. citr. condit. an. ℥j. *fl. ſalv.* roriſmar. an. ʒvj. nuc. moſch. cond. ℥ß. myrob. cond. n. 1. ther. vet. Conf. alcherm.

Digitized by Google

alcherm.an.ʒiij.pulv. elect.diambr. diam. dulc. an.ʒj. F.c. ſyr. cort. citr. opiat. Doſ. ad magnitudin. caſtan. mane 2.hor. ante paſtum, ſuperbibendo parùm vini generoſ. mediocr. dilut.

§. 18. *Sal fixum* elicis ex herba incinerata. Velim autem, ut monitum Zwölfferianum in *mantiſ. Hermet.* in *animadv.* in ſalia probè obſerves. Vel: *Sal.*

℞. Herb. ſimplic., aut cum aliis ingredientibus mixtam,& temperatè calidam ſummèque arefactam, coq. in aq.communi ſecund. art. donec omnis vis & interna ſalſedo probè fuerit excocta, aliàs in vanum laboras. Poſtea decoctum aufer per inclinationem,& denuò recoquendo ad juſtam conſiſtentiam mellis, vel ſyrupi craſſioris, conforma, in loco valde frigido colloca,uſque dum cryſtallos concreſcendo referat,quos tunc exime, & aliquoties ſolvendo, filtrando,& coagulando decenter purifica, donec ad uſum medicum ſint apti. Extrahitur etiam ex ſuccis herbarum inſpiſſatis *Sal* elegans & *cryſtallinum*, quo de vide *Begvin.L.II. c.17.Tyroc.Chym.p.296.* Et horum ſalium eſſentialium *grana tria* in praxi plus valent, quàm vulgarium iſto-



Digitized by Google

rum per calcinationem factorum *integer ſcrupulus.* Gaudet etiam *Salvia* copioſo & manifeſto *ſale volatili.* Odor enim ejus & ſapor acris, ſubtilis & penetrans. Hæc *ſalia,* ait Cl. *Vogelius* in *tract. de memoria p. m.* 117. *inſtar mercurij cerebri, pervadunt meatus, pituitam alterant, incidunt, & fermentationem à frigidis & humidis humoribus impeditam reſtaurant, & ſpecificâ virtute confortant.* Ceterùm quî ea artificioſè ex plantis eliciantur, jamdudum docuit *Hercules* noſter *Curioſus* c. *V. de Sale volat. plantar.*, ad quem Te amando.

*Balneum.* Z. 19. Tandem inſervit *Salvia* variis balneis, mani- ac pedilaviis, ut ſectione ſequenti ſingula καλὰ τάξιν probabimus. Maximum equidem Artis & languentium damnum, ſi Medicamenta non fideliter compoſita abs imperitis dentur. *Imperitis*, ajo, & æquè *Pharmacopœos*, quàm *Medicaſtros*, hac voce ſugillo. Iliacos enim intra muros peccatur & extra. Graviter *Lindenius in manuduct.* ad *Medicin. p.* 95. *Medicus falcem ſuam non immittat in pharmacopœorum meſſem*, & pilulas è marſupio porrigat, aut theriacam, *adeoque lumen præferat* ad *fraudes* & *ſordidum lucrum.*

*Medicus à Pharmacopœo certô modô diſtinctus.*

*lucrum. Nam etiamſi non ignorem, veteris ævi medicos etiam in præparandis medicamentis operam ſuam ægris præſtitiſſe, atque hodie* [ quod pronuper in præfatione quoque dixi ad *Amſtelredamenſium* Pharmacopœam, ] *fraudes eſſe paſſim apud Pharmacopœos ſordidè lucellum ligurientes,* feces emi, ſordes vendi, *neque medicis ſæpiuſculè tutum offerre, neque ſalutare ægris pharmaca ſumere* : tamen ex re utrorumque cenſeo, quicquid artis hic vel curæ poſcitur, id omne medicamentariorum relinquere candori fideique, ſanctiſſimo humani pectoris bono, quæ nullâ neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur prœmio. *Nam quemadmodum quis putet, ſe medicamenta inſuper ægris præparare poſſe, & ſingulis tempeſtivè deferre, qui unus, uti moxè Celſo citavimus, multos curare nequit, & eodem ſimul tempore plurimis præeſſe. Et cui ſatis illud non ſuppetit ad obambulandum, imò totos dies per urbium vicos omnes ab aulis ad caulas curſitandum,* an *ſupereſſe autumet alteri huic muneri, non minus integrum hominem requirenti ? utrumque tamen videas fieri à famelicis iſtis auri,* & *quorum expleri tartarea ingluvies nequit. Sed hi* ſe *forte* in *miniſtris excuſabunt,* &

*quos*

Digitized by Google

*quos ſua domi illi uni negotio intentos atque occupatos alunt. Quaſi verò ſic minùs eorum avaritia pelluceat per hunc fucum, quàm facies per lugubre iſtud & ludicre velum, quod hodie ei virginum deformiores prætendunt.* Hinc Reverendiſſimus ac Celſiſſimus Epiſcopus & Princeps *Paderbornenſis* & *Monaſterienſis*, FERDINANDUS, Princeps ſanè Eruditiſſimus, in der Artzney-Ordnung/ edit. Nihus. An. 1667. *Tit.* 1. §. 3. hæc ſanxit.

*Conſtitutio Padabrunnenſ.*

Daß ein ieder Medicus ſich in den Schrancken ſeiner Profeſſion halten/ denen Chirurgis im Aderlaſſen und verbinden keinen Eintrag thun ſoll/ auch keine Medicamenta Gewinſtes halber im Hauſe præpariren/ und den Patienten heimlich oder öffentlich verkauffen und beybringen/ ſondern ſelbige alle auf diſes Ortes von uns zugelaſſenen Apothecken/ bey Straff zehen Reichsthaler/ ordiniren und verſchreiben/ damit dergeſtalt die Apothecker mit deſto beſſern und friſchern Materialien und Wahren ſich verſehen können/ auch bey den Artzneyen/ ſo mit ſonderbarem Fleiß und Unkoſten zubereitet werden/ ohne Schaden und Nach-

theil

Digitized by Google

theil verbleiben mögen/ und ihnen an ihrer Nahrung und Beruf kein Abgang geſchehe. Uud ob zwar einem ieglichen promovirten Doctori, Krafft ſeines Privilegii, einige Artzneyen ſeinen Patienten zu Nutz / ſelbſten zu præpariren erlaubt iſt/auch vor Zeiten Galenus, und andere vornehme Medici, ihre Medicamenten bißweilen ſelbſt zu Hauß verfertigt / ſo ſoll doch nunmehro die gemeine Gewonheit deß gantzen Teutſchlands / üm Liebe und Einigkeit zu unterhalten / auch allen Verdacht zu verhüten / hierinnen obſervirt werden / dergeſtalt/ **daß die Bereitung der Artzneyen nicht beym Medico, ſondern allein vom Apotecker und ſeinen Geſellen vollendet werde.** Dafern aber ein Medicus ein oder ander ſonderbares approbirtes Stück oder Secretum hätte / womit er in ſorg- und gefährlichen Kranckheiten etwas heilſamers als ſonſten außzurichten ſich getrauet/ ſolches vor ſich behalten/ uñ deſſen Deſcription dem Apotecker zu comuniciren Bedenckens trüge / kan er ſich deſſen zu zeiten / præſertim in occaſione præcipiti, bey ſeinen Patien-

tienten bedienen/ ſonſten ſoll er ſchuldig ſeyn / ſolche privatas compoſitiones & ſingularia remedia, ſo er zu Hauſe præparirt / dem Apotecker üm einen rechtmäſſigen billichen Preiß überzulaſſen/ welcher ſothane Mittel/ nach deß Medici Anordnung/ den Patienten widerum üm ein zuläſſiges und billiches außzutheilen / oder auch andern Artzneyen zu incorporiren / ſich befleiſſen ſoll / damit nicht ein übermäſſiger Nutze der Liebe deß Nechſten vorgezogen/ noch deſſen Geſundheit / durch dergleichen heimliche Specifica, zu deß Medici eigner Confuſion, in Gefahr geſetzt werde.

Quæ laudabilis conſtitutio nunquam non mihi arriſit, quamque ego, dum apud *Weſtphalos* praxin medicam exercui olim, conſtanter & ſanctè obſervavi.

*Judicium Wittenb.*

§. 20. Ejuſdem tenoris eſt ordinatio Medica *Mauritij*, Haſſiæ Landgravij, de anno 1617. cui adſtipulatur reſponſum Ampliſſimæ Facult. *Wittenb.* de anno 1629. *Quoniam verò hoc tempore ſummus Magiſtratus in omnibus fere Rebuſpubl., non ſine cauſa ſontica, pharmacopœam à Medicina privilegiis*

*certis*

*certis ſeparavit, noſtro judicio, arbitramur*, Medicis non licere ordinationes iſtas conculcare, officinas privatas ſibi comparare, lucelli turpis ergò, officinalia ſub *prætextu Chymicorum* vendere; *ſed quemadmodum pharmacopœi vocatione ſua contenti eſſe, optima quævis remedia, cujuſcunque etiam ſint ſcopi, præparare, Miniſtros idoneos officinis præficere, Medicis debitam reverentiam exhibere, compoſita ſingulari ſtudio concinnare, juſto pretio omnia erogare, à morborum curatione prorſus abſtinere debent: ita viciſſim æquum, ut Medici* intra limites officii ſui ſe contineant, & *hâc ratione officinas publicas* conſervent magis, quàm deſtruant. Adde reſpons. Inclutæ Facult. *Lips.* eiuſd. anni in *Med. Critica D. Ammanni noſtr. edit. p.* 191 *ſeqq.* Veriſſimè *Dryander* noſter *loc. cit.* p. 195. Medicus *Arcanorum*, vel *Chymiæ* nomine, ſuam ignorantiam pallians, IDIOTA eſt. Qui verò *arcanorum* titulo *vulgaria* venditat, FALSARIUS eſt. Quô verò titulô coronabimus eos, qui *extra* omnem *neceſſitatis caſum*, officinâ *bene inſtructâ*, & à Summo Magiſtratu *privilegiatâ*, petulanter prateritâ, contra fas & æquum,

incau-

Digitized by Google

incautæ plebi ſtagmata ſua vendunt, terribili & flebili ſubſequente letho? At veritas heu! nunc habetur pro *crimine*. Interim clamat Sanctus Vates. *Plurimos occidiſtis in hac urbe, & impleſtis vias ejus interfectis. Ezech.* XI. 6. Aureus Canoniſtarum canon:

Ubi conſcientia, ibi ſcientia; contrà verò, ubi nulla ſcientia, ibi neque conſcientia.

At ea *temporum nunc infelicitas*, *non licet* loqui, *quæ ſentis*, *nec* ſentire, *quæ loqueris. Aventin. Annal. Bojor. L. VI. p. m.* 371.

SECTIO

# SECTIONIS II.
# PARS I.
Quæ
## MEDICO-CHYMICA,
Pharmacevtico-Therapevtica,
De
# USU SALVIÆ
## SPECIALI.
In
AFFECTIBUS SUPREMI VENTRIS,
cujus
# MEMBRUM I.
De
## AFFECTIBUS CEREBRI ET CAPITIS.
# CAPUT I.
## DE USU SALVIÆ IN FRIGIDIS AFFECTIBUS CEREBRI ET CAPITIS.
§. 1.

COmmunis, & venuſta, Corporis noſtri diviſio in *Ventres* & *artus*. Venter eſt inſignis cavitas, quæ *nobile* aliquod cuſtodit *Corp. human. diviſio.*

 viſcus.

viſcus. Et veluti *tria* ſunt *membra principalia*, ſic tres etiam communiter facimus *ventres*. *Infimus*, vulgò *abdomen*, eſt totum illud ſpatium, quod intus diaphragmate à thorace diſtinguitur. Circumſcribitur à cartilagine enſiformi, oſſibus pubis, coxendicis & ſacro, lumborum vertebris, ac utrinque coſtis nothis. *Medius*, *thorax* dictus, eſt id, quod circumſcribitur parte ſuperiore à claviculis, inferiore à diaphragmate, parte antica à ſterno, poſtica ab oſſibus dorſi, lateralibus à coſtis. Pars ejus anterior dicitur *ſternum* & *pectus*, poſterior *dorſum*, laterales *latera*. *Supremus* eſt *caput*. Artus verò ſunt *manus* & *pedes*.

*Capitis & cerebri excellentia.*

§. 2. Voluit equidem DEUS *caput* & *cerebrum*, etiam ethnici judiciô, *Hipp. L. de ſacr. morb. Judicem intelligentiæ & nuncium, Dominum ac cuſtodem mentis, Democrit. in epiſt. ad Hipp.* Ex hoc enim utplurimùm eluceſcit (*Platonis verbô L. IX. de rep.*) *admirabile* iſtud *monſtrum*, quod alibi θαῦμα θαυμάτων nominat. Hinc Veteres, ad ſuperſtitionem proni, cùm ſingulis Microcoſmi partibus ſuos præfeciſſent Deos, quos prolixè recenſet civis meus eruditiſſimus *Johan. Roſinus L. II. Ant. Rom.*

*Rom.c.IX.p.m.391.* Jovi,ceu Principi Deorum,*caput* religioſè reſervabant.

§. 3. Ut verò quiſque ſuos patitur manes:ſic nec ipſum *cerebrum & caput* à ſuo fato ſunt exemta. *Caput* enim & *lien morbis maximè ſunt obnoxia*, inquit Senex noſter *L.IV. de morb. Sect. V.* Verbo: ῥίζα τῶν ἀνθρωπίνων νοσημάτων ἡ κεφαλή. *Hipp.in epiſt. ad Democrit. c.m. primariâ* enim & communis lege conſortij *pluribus gravioribusq;* affligitur morbis, aliiſque *morborum cauſam* ſuppeditat, ut è tripode loquitur *J.Lang.L.II.epiſt.53.*

§. 4. Cùm enim *cerebrum* domicilium ſit facultatis animalis & rationalis, [ipſius *animæ ſedem* eſſe primariam cum antiquis putavit *Campanella*, qui verò inſigniter vapulat ab Eximio *Lindenio Med. Phyſiol. L.II.c. 8.artic. 21.§.154.ſeqq.*] hoc munere verò neutiquam ritè fungi queat, niſi ſpiritus habeat *lucidos,puros, tenues, ſubtiles & minus calidos*; Ipſum autem [cenſente *Coo L. de carnib.*] *frigidi & glutinoſi metropolis ſit & matrix*, fit equidem, ut ingens aliquando colligatur ſentina, Ἰλιὰς κακῶν. At ille,qui percutit,etiam ſanat, *Job.V.18*, Ubi enim morbi, ibi etiam naſcuntur remedia. Quid non

*Error Campanellæ.*



Digitized by Google

efficit *Salvia* noſtra in *frigidis capitis cerebrique* affectibus?

*Delirium Scholaſticum.*

§. 5. Vetus Scholarum tintinnabulum: *Frigida capitis intemperies ſine materia.* At ſonus eſt & amplius nihil. Omnis alteratio non fit tantùm à nuda qualitate, ſed à *ſubſtantia*, qualitatem alterantem includente. Accidentia enim non migrant de ſubjecto in ſubjectum. Quando aqua, igne ſuppoſitô, incaleſcit, id non fit qualitatum, ſed ſubſtantiæ ignis, per fundum lebetis ſubeuntis, receptione. Pari modo, quando igneæ atomi paſſim in aëre volitantes per patulos corporis poros ingrediuntur, & ſpiritus ſanguinemque plus æquô calefaciunt, ſequitur intemperies. Hæcne autem ſine ὕλῃ? Heu mihi, quid calvum vellimus? ſic *frigidæ* intemperiei actio non erit frigida, niſi materiam copules. Nec dicam *humidam* intemperiem [quam jamdudum in dubium vocavit *P. Ægineta L. III. de re med. c. 4.* nec dolorem inducere, nec continuum ſolvere, ipſo fatente *Sennertô*, acerrimô intemperierum Patronô, *L. I. Prax. P. III. Sect. 1. c. 2. p. 734.* Nec *ſiccitas* id efficiet, licèt *Foreſt. L. IX. obſ. 8.* exemplum cephalalgiæ ex ſiccitate ortæ alleget, quod tamen

tamen vix apud me merebitur fidem. Ceterùm tu, qui verum amas, expendas velim continuum ſanguinis ſpirituumque περίοδον, mecumque ridebis vanam ſcribacium operam de *intemperie ſine materia.* In fumum ergo abeat *umbra ſine corpore, accidens ſine ſubſtantia* & *ſubjecto, non entium germana ſoror, volubilium nugarum egregie particeps,* & *vanitatum vaniſſima vanitas,* ut ſincerè loquitur Exc. *Langius* Prof. Lips. in *Miſcell. Med. Curios. c.* 2. *p.* 4. Conf. D. *Ammann Parenes. ad diſcent. L. II. P. I.* c. 3. *p.* 123. *Ambroſ. Rhod. diſp. ſuprà c.* 12. *Id. Med. Philos. Cl. Severini p. m.* 175. Non formidabimus igitur *umbram,* dicturi potius divinam *Salviæ* efficaciam in *capitis* morbis, à *frigiditate* ortis, ſubtexturi ſelectiores tantùm formulas, aſteriſcô dignas.

§. 6. Cunctis potionibus & decoctis, pituitam in capite & alibi concoquentibus & digerentibus, immiſcemus *Salviam,* ſiquidem in omni *capitis* morbo, à quocunque humore fiat, admiſcenda eſſe *phlegmagoga*, monet Pergamenus *L. I.* κατὰ τόπ. c. 2. Methodicè etiam purgantibus præmittimus *præparantia,* autoritate *Hipp. II. aph.* 9. & ratio- *Cur purgantibus digerentia præmittantur?*



Digitized by Google

ratione ac experientiâ muniti, i.e. talia medicamenta, quæ tenaces aliuſvé indolis humores corrigant & incidant, obſtructaſque vias recludant, & ita cuncta ritè diſponant, quò Natura ſaburram lernamque ſibi moleſtam feliciùs extrudat. Martis æmuli ſumus. Hic enim urbem aliquã & ſitu & opere benè munitam, in qua adhuc civium vigilantia, & pugnandi cupido fervet, fauſtè expugnaturus, non ſtatim, atque acceſſerit, muros inſultat, ſed locum prius arctiſſimè cingit, aggeres molitur; foſſas complet, mœnia frangit, tremendiſque machinis obſeſſos terret, atque miris modis oppugnando ad extremam laſſitudinem redigit, donec victor irruperit. Ita nos morbum evicturi, in quo rebelles adhuc tumultuantur humores, & meatus ſunt obſtructi, non ſtatim validis purgantibus eum aggredimur, ſed præparando, digerendo, & præcipitando iſtos decentibus remediis mitigamus ac domamus, quò factô feliciùs ac faciliùs ſuccedet purgatio. Sin ſecus; ſymptomata augebimus, humorum ferociam conduplicabimus, vel inſignem virium ruinam, vel utrumque periculum, & alias notabiles noxas, provocabimus.

§. 7.

Digitized by Google

§. 7. Inſervit autem *Salvia* nobis internè ſub forma *decocti* ſeu *potionis*, cujus παραδίγματα ſuprà dedimus. Unicum ſubjiciemus è *Fr. Joele L. I. prax. Sect. II. p. m.* 168. *Decoctum ſeu potio.*

℞. H. beton. majoran. ſerpill. hyſſop. *ſalv.* ſtæch. arab. roriſmar. an. Mß.
Sem. carv. fœnic. ſiler. mont. an. ʒiij.
Rad. pœon. glycirrhiz. dauc. cret. an. ʒij. cinam. macis an. ʒj.

Incis. & cont. impon. ſimul in canthar. ſtanneum, affund. ℔iij. hydromell., & oblinita junctura canthari in lebetem colloca, & coq. per 2. hor. Col. admiſc. Syr. è ſtæchad. Oxymell. ſcyllit. an. ℥iij. F. potio. Doſis mane, ac veſperi, 2. hor. ante cœnam ℥iv. Aliam vide apud Eund. *l. c. S. III. p. m.* 188. *Rolfinc. in Medic. ſpec. Commentat. L. V. Sect. 2. c. 9. p.* 486. *Fr. Hofmann. in Theſ. pharmaceut. p.* 44. *Sennert. L. I. Prax. P. I. c. x. p. m.* 85. *Laz. River.* L. I. *Prax. c. 1. p.* 3. quæ ſimul digerit & expellit. Sic unâ fideliâ duos dealbâſti parietes.

§. 8. *Vinum* præſcripſit *Grüling. L. I. Pract. P. I. c. 2. p. m.* 22. *Vinum medicatum.*

℞. Rad. ireos flor. ʒiij. enul. ʒvj.
H. *Salv.* majoran. beton. meliſs. an. ʒij. fl. roriſmar. paralyſ. an. p. ij. borrag.

rag. p. 1. inciſ. & contus. D. in Miß. vin.

E ſelectis remediorum formulis Magni *Rolfincii*, à me, tyrone Artis, olim collectis, tale occurrit.

℞. H. roriſmarin. chamæp. *ſalv.* puleg. hyſſop. an. Mj. fl. lil. convall. p. vij. tunic. ſtæch. arab. an. p. v. pœon. p. iij. Rad. pœon. helen. an. ℥ß. cubeb. pip. nigr. an. ʒij. CC. phil. calcin. ℥ß. Concis. & cont. D. pro vino medicat.

Plura dabit *Dolæus L. I. Encyclop. Med. c.* 1. *p. m.* 15. & *Fr. Hofmann. in Theſ. pharmaceut. Sect. XIV. p.* 77. ac *Rolfinc. l. c. p.* 489.

▽ *deſtillat* §. 9. Nobilis *aqua vitæ cephalica Ang. Sala*, Vicentini, Archiatri Megapolitani, in *append. hydrelæolog. c. IX. p. m.* 112.

*A. Sala.* ℞. Fol. betòn. rec. exſiccat. fl. roſ. rub. ſtæch. arab. Cort. ligni ſaſſafr. fruct. myrtill. nuc. moſch. an. ℥j. lign. aloes opt. rad. irid. florent., caryoph. pœon. maſtich. el. ſuccin. alb. ſtyr. calam. benzoin., amygd. alvid. an. ʒvj. calam. arom. cubeb. gran. paradiſ. an. ʒij. ſpic. ind. cardam. an. ʒj. ſacch. albiſs. ℥ij. eſſent. fl. primul. ver. ℥ß.

ʒß. ol. *Salviæ*, roriſmar. major. caryoph. an. gt. vj. fœnic. dulc. ℈j. ambr. grys. gr. xxiv. moſch. opt. gr. xij. Pulveris. ſ. a.

Hujus pulveris ℥iiij. 🜍 rectif. affund. ℔. iv., & poſtquam ſpirit., ſpatiô unius diei elapſô, abunde tinctus eſt, is cum expreſſione, ad pulv. ſiccitat., per linteolum colatur, hinc cum 🜄 meliſs. & ros. opt. [in quibus ſacch. finiſs. ℥vj. ſolut: ſunt] an. ℔j. Miſce.

Caput & nervos mirificè confortat, calefacit & ſiccat, ſenſuum interiorum meatus aperit, humidam cerebri intemperiem, vertiginem, defluxiones, tinnitus aurium, imbecillitatem memoriæ, veternum, apoplexiam, epilepſiam & ſpaſmum inſigniter juvat. Doſ. à cochl. 1. ad ij. mane ac veſperi. *Vires.*

Aq. *cephalica Haſſiaca* hæc: ℞. *Herb. rec. Salv.* ℔j. meliſs. matricar. rut. an. ℥iß. roriſmar. ℥iij. menth. criſp. ʒß. cinam. ℥j. gr. paradiſ. N. moſch. Zinzib. an. ʒvij. cort. citr. ʒß. caſtor. ʒß. ℈ij. ol. laurin. expr. ℥iß. ſpic. ʒiß. 🜍. opt. rectif. ℔. xij. F. digeſtio & deſtillatio in MB. *Aq. Haſſiaca.*

🜄 Vitæ ejuſdem *Sala cephalica alba* vid. *ibid.* Ros ☉is ejuſd. in *Exegeſi chymiatr. p. m. 645.* 🜄 *carbunculi* minori *Salviâ* nobilis proſtat apud *Schroder.* *Alia.*



Digitized by Google

in *pharm. Med. Chym. L. I. c.* 38. *p. m.* 136. & *Dorncreil. in diſpenſat. P. II. c.* 7. *p. m.* 35. ▽ cephalica D. *Brucæi*, PP. Roſtoch., apud eund. *l. c. p.* 21. Conf. Dn. *L. Scharffij c.* 8. *de juniper. p. m.* 89. & D. *Birling. append. ad C.* 1. *Advers. curioſ. p.* 19. B. Aqua vitæ *compoſita*, & aqua vitæ *alba* Saxonica reformata videatur in *Diſpenſat. Hafniens. Claſs. XIV. p.* 168. *ſeq. alia* l. c. p. 158. aquam cephalicam *Quercetani*, & aliam, omnes tamen *Salvia* illuſtres, exhibet *Sennert. L. I. P. I. c.* 2. *p. m.* Pro tenuioris fortunæ homuncionibus Dorncreil. l. c. p. m. 20. hanc ordinavit.

℞. ▽ beton. fœnic. majoran. *ſalv.* an. p. æqv. M. Doſ. ℥iij. c. Syr. de ſtæch. comp. ℥iß. Conf. *Timæi deſcript. medic. epiſt. annex. p.* 441. & 445.

Hûc refer *mixturam* A. *Salæ in append. Eſſent. vegetabil. p. m.* 48.

*Spiritus.* §. 10. Ab aquis ad *Spiritus*. Mynſichtianus in *Armament. Med. Chym. Sect. XVIII. p. m.* 274. & Rolfincianus *L. III. Chym. Sect.* 2. *art.* 1. *c.* 18. magni uſus eſt tam intus, quàm extra adhibitus. Doſ à cochl. 1. ad duo &c. Ang. *Salæ* autem talis in *Exeges. Chymiatr. p. m.* 641.

*A Sale.*

℞. Fl. lil. convall. Mij. *ſalv.* Mj. ſp. junip. aut ceraſ. ℔iv. digere in ⊙e dies quin-

Digitized by Google

quindenos circiter. Deinde expr. Col. inde Conſerv. lavend. roriſmar. an. ℥ij. ſacch. cand. in aq. lavend. ſolut. ℔j. ſpec. diambr. diamoſch. an. ℨij. M. macera per menſem: tandem deſtilla.

Memoriam eximiè corroborat, apoplexiam, epilepſiam, & hujuſmodi mala avertendo. Doſ. cochl. i. aliquoties in hebdomade. Adde alium è Diſpenſat. *Haffnienſi Claſs.XX.p.*249.

§. 11. *Syrupum* dabit Mynſicht *l. c. p.m.*255. Fernelianus de ſtæchad. compoſit. [cujus deſcriptionem vid. in *Pharmacop. Auguſtana Claſs.* 1. *p. m.* 81.] *Salviâ* auctus, & ſuis pollet virtutibus, ſi dextrè præparetur. Mihi tamen placet Syrup. de ſtæchade capitalis Zwölferi in *Pharmacop. Regia p.m.* 828. *Syrup.* *Zvvölferi.*

℞. Fl. ſtæch. ℥ij. *ſalv.* beton. lavendul.
Summit. majoran. thymi. H. & fl. roriſmar. an. recent. ℥iß. Rad. doronici, pœon. ſem. coriand. an. ℥ß.

Inciſ. & contuſ. craſſiuſculè, ac cucurbit. vitr. immiſs. ſuperaffund. ▽ lil. convall. ſine additione ▽ ſ. vel etiam [ ubi hi flores in copia haberi nequeunt ] cum vino deſtillat. ℔ij. factâque digeſtione unius vel alterius diei F. deſtillatio & evocatio

aquæ

aquæ ℔iß. Huic ▽ deſtillat. ſtatim immergat.

Rad. doron., pœon. calam. arom. an. conſciſſar. non contuſar. ℥ß. & peractâ digeſtione, vaſe clauſo in loco calido per unum vel alterum diem f. colat. & filtratio, eſſentiâ interim aſſervatâ. Tum accipe ſpecies omnes à deſtillatione & extractione relict. & affuſ. ▽ ſ. q. ſ. f. decoct. ad ℔ij. Decoct. expreſs. colat. & cum albumine ovorum optimè clarific. addit. ſacch. ℔ij. coq. ad omnimodam tabulati conſiſtent., cui denique adjunge ▽æ ſuperioris deſtillat. & eſſentificat. q. s. [℥xv. circiter] pareturque ſolâ diſſolutione ſyrup. capital. efficaciſſimus.

*Elixir.* §. 12. Qui mavult *Elixir*, adeat Zephyrum noſtrum, Excel. D. *Tilingium*, Amicum honorandum, in *prodrom. prax. Chymiatr. Claſs. III. p. m.* 481. Doſis ejus à gutt. vi. ad xx. & plures in vehiculo. Vide ſis etiam *Cl. Birling.*, Collegam & Amicum Curioſum in *append. ad C. I. Adverſ. curios.* p. 75. ubi D. Michaëlis *elixiria* promit. Adde *Rolfinc. L. IV. Chym. Sect.* 2. c. 2. & *Fr. Hoffmann. theſ. pharmac. p.* 58. ſeq.

*Elect.* §. 13. *Electuaria* proſtant apud

*Gvalt.*

Digitized by Google

*Gvalt. Bruel.* in *Prax. p. m.* 10. *Gruling. L. I. Prax. P. I. c.* 1. *p.* 18. & 23. Nobile etiam hoc:

℞. Cons. ros. ℥ij. beton. *ſalv.* majoran. meliſs. anth. an. ʒß. ſp. diambr. diam. d. an. ʒß. Syr. de beton. q. s. f. elect.

℞. Nuc. moſch. condit. ʒv. cort. citr. & aurant. condit. an. ℥iij. Myrob. chebul. cond. ʒß. conf. alch. compl. ℥iiß. *Conſ. ſalv.* anth. meliſs. lavend. lil. convall. an. ʒß. ſuccin. ppt. ʒj. Rad. acor. helen. condit. an. ℥iij. ambr. gr. vj. ol. nuc. moſch. deſtill. macis, cinam an. gt. iij. c. s. q. ſyr. borrag. & ſtæch. Fernel. f. elect.

Quod ſanè longè jucundius ac nobilius illâ Alexandrinâ *Nicol* in Pharmacop. Aug. *Claſ. xv. p. m* 449. aut extr Herbipol. in *append. Adverſ. Curioſ. Eirling. p.* 60. A. *Add. Rolfinc. l. c. p.* 634. *ſeq.*

§ 14. Nec *pulveres* faſtidias velim apud *Sennert L. I. Pr. P.* 1. *c.* 2. *p. m.* 22. *Grüling. l a c.* 2 *p. m.* 16. & complures alios. Nec Bolos. e. g. *Pulv.*

℞ Conſ. beton. *ſalv.* an. ʒj. mithridat. ℈ij f. c. ſacch bol, ſum. duabus vicibus *Senn. l. c. p. m* 23.

§. 15. Nec *Rotulas*. Præſtantiſſimæ *Sennert. l. c. p. m* 24. *Rotulæ.*



Digitized by Google

℞. Sacch in 🜄 beton. ſ.q. ſolut. ℥iij. 🜍 anis. gt. vij. roriſinar gt. iiij. *ſalv.* gt. ij. ambr gr. gt. v f. rotul.

Adde *Rolſincianas L. vii. Med. Com. ſpec. S.* 1. *c* 7.

**Sal.** §. 16. Efficax etiam *Sal* compoſit. *Rolſincij L. V. Chym Sect. I c* 16 *p m.* 297. cujus doſis ℈ß. in ſpecifico liquore Annectam *errhina* & *ptarmica. Riverij L. I. Prax. P. II. c.* 1. *p.* 6. hoc eſt:

*Errhina & ptarmica River.*

℞ Fol major. *ſalv.* roriſmar ſicc an ʒß. Rad. pyrethr. helleb alb. an ℈j. moſch gr. iij.

f. pulv. pennæ tubulo inſuffletur in naros.

*S. Paulli.* Ptarmicum Excell. D. D. *S. Paulli*, trium Reg. Boreal. Archiatr., & primi Anat., Chirurg, & Botan. PP. in inclyta & Reg. Acad. Hafnienſ., Fautoris olim mei ſingularis, in *Bot. Quadrip. Claſs. I. p. m.* 6. tale:

℞. Rad. helleb. alb. pyrethr. an. ℈ij. cubeb. tabac. an. ʒß. *ſalv.* roriſmar. majoran an. ℈j. ſem. nigell. pip. alb. an. ℈ß. ſp. roſ. ℈ß. moſch. ambr. an. gr. ij. f. pulv.

**Clyſt.** §. 17. *Clyſterem* parabit *Sennert. l. c. c. x. p. m.* 82. & Foreſt. *L. IX. obſerv.* 7. *p. m.*

*p.m.262.* Sic internè: ita externè inſerviunt *Balſam.*

*Balſama.* Nobile iſtud *Sennert. l. c. p. m. 29.*

℞. ♁ majoran. ʒß. *ſalv.* macis, caryoph. an. gt. vj. meliſs. lavend. ſuccin. an. gt. iij. N. moſch. expr. q. s. f. balſ.

Conf. *Grüling. L. I. Prax. P. I. c. 2. p. m. 23.* & *Hofmann. Theſ. pharmaceut. Sect. III. p. 33.*

§. 18. Succedunt *aquæ ad extra*, vel *Sennert. l. c. p. m. 95.* quæ inſignis, vel *Capivaccij* apud Eund. *l. u. p. m. 25.* quæ talis: ▽ *ad extra.*

℞. ☿. viv. ℔j. Sal. ℔ß. H. majoran. ſerpill. ſtæch. arab., calaminth. mont. *ſalv.* beton. roriſmar. puleg. meliſs. an. Mj. ▽ commun. ℔C. coq. ad tert. part. conſumt pro ſtillicidio.

Conf. *Güldenklee L. I. epiſt. 7.* *Cucupha.*

§ 19. Conficere etiam *cucupham*, ſeu *ſacculum* cephalicum, cum A. *Sala Oper. Chym. p. m. 843.* ex

Fol. roriſmar. exſicc. *ſalv.* major. roſ. rub. an. ℥ß. lign. aloes elect. caryoph. R. irid. nuc. moſch. ſuccin. alb. benz. el. ſtyr. calam. an. ʒj. f. pulv. pro cucupha. Aliam dabit *Sennert. l. c. p. m. 96.* & *Rolfinc. l. c. p. 642.*

§. 20. *Suffumigium* eſt hoc: *Suffumigium.*

℞. *Salv.*

Digitized by Google

℞. *Salv.* major. roriſmar. caryoph. cinam. an. ʒj. Fol. laur. ʒß. lign. aloes ℈j. thur. ʒiß. gall. moſchat. ʒß. f. pulv. pro ſuffimigio.

*Balneum.* §. 21. Jam intrabimus *Balneum.* Mynſicht. l. c. *Sect. XXVIII. p. m.* 418. paravit hoc:

℞. Nitr. opt. Sal. marin. an. ℥iij. fl. cham. malv. arbor. ros. rub. an. ℥j. H. origan. beton. *Salv.* rut. an. ℥ß. coq. pro pedilavio matutino ac veſpertino. Egregiè prôderit.

*Lixivium.* *Sapo.* *Lixivium* pro roborando capite vid. apud. *Grüling. L. I. pr. P. I. c. 2. p.* 17. & 21. & apud *Eund. l. c. p.* 20. *Saponem* pro roborando capite *Salviâ* clarum.

*Emplaſtr.* §. 22. Sequuntur *Cerata* & *emplaſtra*, quæ inter caput effert empl. de *betonic.* cephal. Cl. *Zwölferi* in *Pharmacop. Reg. p. m.* 193. quod omninò excellens, & miræ virtutis eſt, vertebris colli, fronti, temporibus, & vertici applicandum.

*Unguent.* §. 23. Agmen claudat famoſum iſtud *unguentum Martiat. Nicol.* in *Pharm. Aug. Cl.* 17. *p. m.* 609. quoque memoratum, quod ſine *Salvia* non parabitur. Confuſa equidem & inepta deſcriptio Autoris, Nicolai, at prudenter reformata à *Zwölfero.*

CA-

Digitized by Google

## CAPUT II.

# DE USU SALVIÆ IN VIGILIIS NIMIIS.

§. 1.

QUid moleſtius accidit ægro, quàm aſſidua illa doloris comes ἀγρυπνία? Somnus verò eſt ſuaviſſima illa *Helena*, quæ verum & legitimum *Nepenthes*, ſeu dolorum oblivionem, propinat. Quocirca Medicus nil prius habet & antiquius, quàm ut *meliorem hanc humanæ vitæ partem* [*Orphei* verbô] languentibus largiatur. Hujus voti compotem eum facit & *Salvia* noſtra. Interne — ἀγρυπνία.

℞. Opii purificat. ℥j. Mag. perlar. corall. an. ℈j. *Sal. Salv.* & majoran. an. ℈ß. c. Conf. alch. f. pilul. n. XVIII. D. inaurat. doſ. j. cum ▽ lactuc. ℥ij. & ſyr. de papav. ℥ß. *Senn. L. I. prax. P. II. c. 1. p. m. 233.* — *Pilul a.*

§. 2. Externè laudamus *epithema Mynſicht. l. a. Sect. XXIII. p. m. 369.* — *Epithema.*

℞. ▽ hyoſcyam. *ſalv.* verben. troch. de Rhodia noſtra an. ℥j. M. pro epithemat., &, ſi neceſſe fuerit, petiam duplicem lini infund. & fact. expreſſion. tepidam applica fronti & temporibus.

*Narcoticum ſalv.* §. 3. Efficax etiam A. *Salæ narcotic. oper. chym. p. m.* 544.

℞. Majoran. *ſalv.* fl. roſ. rub. an. ℥ß. cort. aurant. ʒij. f. pulv. irroret. acet. fl. ſamb. ſeu roſ., & calefact. duob. linteolis interpon., frontique applica.

## CAPUT III.

## DE USU SALVIÆ IN CEPHALALGIA.

§. 1.

*Potio.* IN graviſſimo *capitis dolore* pituitoſo cum ſibilo & clangore aurium religioſæ cuidam potionem, *ſalviâ* conſpicuam, magno cum fructu præſcribit *Hildesheim ſpicil. I. p. m.* 65. Plura decocta præparantia & evacuantia vid. apud *Forſt. L. IX. obſ.* 9. 17. 19. 25. 59. 63 & alibi paſſim. Elegans etiam mixtura *Tim. a* Güldenklee *L. I. caſ. med.* 2.

*Mixtura.* ℞. ▽ fœnic. hyſſop. an. ℥iv. beton. *ſalv.* an. ℥ij. ſyr de hyſſop. ℥ij. de ſtæch. ſimpl. beton. an. ℥j. eſſent. roriſmar. ʒij. M.

*▽a deſtillat.* §. 2. *Aquam* imperialem correctam, & ▽ lavend. compoſit., *Salviâ* ornatam conſignavit *Schröd. L. I. Pharm. Med. Chym.* c. 38. *p. m.* 144. in cephalalgia

gia tutò uſurpandam. Summæ etiam commendanda ▽ theriac. cephalic. *Ulmenſ.* apud *Toner in append. ad obſ. med. p. m.* 366. & eſt hæc: Ulmenſ.

℞. R. pœon. acor. vulg. viſc. quer. an. ℥iß. gran. junip. ſem. pœon. an. ℥ß. ſinap., vel eruc. caryoph. mac. an. ʒiij. caſtor. ʒij. dict. alb. ʒiiß. fl. lavend. calend. beton. roriſmar. *ſalv.* til. lil. convall. lup. an. p. ij. Cont. macer. p 3. dies in vin. alb. cret. ℔iiiß. ▽ ceraſ. calend. *ſalv.* an. ℥vj. deinde expr. fortiter, cui add. Ther. ℥iß. conf. anacard. ʒvj. ſpec. diambr. ʒij. macer. p 3. dies, deſtill. per MB.

§. 3. Præſtans etiam liquor *cephalicus* Mynſ. l. c. p. *m.* 332. ex ▽ antapoplect. ſuæ deſcription. ℥iv. antepilept. lil. convall. an. ℥iij. majoran. beton. *ſalv.* an. ℥iß. rot. diambr. ℥j. Conf. ſmaragd. ℥ß. ſal. ſuccin. alb. ℈j. M. doſ. cochl. j. vel ij. Liquor.

§. 4. *Syrupum* pro humoribus craſſis & aduſtis in diuturno capitis dolore habet *Brunner. Conſil. Med.* 1. *p. m.* 4. & *Mynſicht. l. a. p. m.* 255. noſque ſuprà tranſcripſimus. Efficaciſſimus Syr. de betonic. compoſit., ſeu cephalicus, Cl. *Zwelferi Claſs. I. Pharmacop. Reg. p. m.* 817. qui meretur notari. Syrup.

*Elect.* §. 5. Debile à doloribus caput confortat *Electuarium Joëlis L.I.prax. S.I. p.m.* 151.

℞. Conſ.anth. meliſs.*ſalv.* fumar.an. ℥ß. ſp. lætif.Rhaſ.diambr.an.℈j. f.c. ſyr.de granat. elect. doſ. quantitas mediæ nucis juglandis manè.

*Pilul.* §. 6. Cerebri ſentinam, doloris cauſam, expurgant *Pilulæ Hildsheim Spic.I.p.m.* 56.

℞. MP. de hier. comp. coch., aggregat.an.℈ij.f.c.▽*ſalv.*pilul. n.L. inaurent. Summatur ſub lecti ingreſſum xxv.pro una doſ.

*Gargariſmus* §. 7. Elicit quoque phlegma *gargariſmus Foreſti L.IX.obſ.* 17.

℞.▽hyſſop.beton.meliſs.*ſalv.*an.Mß. ſinapi ʒij.fic. n.v.f. gargariſmus pro ℔j.add. Mell. ros. oxym.ſcyllit. an. ℥ij. uſurp. tepidè. Alium componet *Dionyſ. Fontan. de morb. int. curat. L. I. p.* 13.

*Clyſter.* §. 8 .*Clyſter* ſufficiat unicus, iſque *Timaanus L.I.caſ.*2.

℞.H.meliſs.beton. rut.hyſſop.*ſalv.*roriſmar.an Mß. fl.cham .malv. c.tot. an. Mj. rad. alth. ʒvj. lil. alb. ʒiij. ſem. carv. fœnic. an.ʒij. coq. in. ſ.q. ▽ſ. ℞. Col. ℥x. cui admiſc. elect. diaphanic.hier.ſimpl. an.℥ß.ol.rut. cham.

cham. an. ℥j. Sal. gemm. ʒj. f. clyſt.
plures dabunt *Bruel in praxi p. m.*
9. *Foreſt. L. IX. obſ. 7. Mynſicht.* l. a.
*p. m.* 430. & alij.

§. 9. Externè utere *pileolo Bruel.* *Cucupha.*
*l. a. p.* 11. ſeu *Toneri L. II. obſ.* 1. vel *Grü-*
*lingij, C. I. obſ.* 58. aut ſacculo *Hilds-* *Sacculus.*
*heim. Spicil. I. p. m.* 57. & p. 101. ſeu
*fotu Ranchin. de morb. ſubit.* c. 30. Vel *Fotus.*
*frontali Hildsheim.* p. 106. aut *Ranchin.* *Frontale.*
*de morb. Virgin. S. III. c. 2. p. m.* 408. ſeu
*epithemate Hildsheim. l. c. p.* 98. aut *Epithema.*
*Mynſicht. l. c. p.* 369. quod tale:
℞. ▽ chamom. *ſalv.* roſ. an. ℥iv. nucl.
perſic. ʒß. oliban. opt. ʒij. caryoph.
macis, lign. aloes an. ʒj. Rad. Zedoar.
ʒß. M. pro epithemat. Vel *Grülin-*
*giano* iſto *C. 5. obſ.* 15.

§. 10. Multum quoque emolumen- *Oleum.*
ti affert *oleum Joël. L. I. prax. S. I. p.* 155.
inprimis in cephalalgia *ex lue* ♀ea orta.
℞. Rament. lign. guajac. *ſalv.* ſtæch.
arab. rut. an. Mj. vin. rhen. opt. ℔ß.
ol. vet. ℔j. Contus. coq. ad vin. con-
ſumt. Col. Servet.

Cum hoc oleo ſæpius inungatur *Unguen-*
caput. Seu admiſce ei pulv. pulegij, ſer- *tum.*
pill. ſaturej. *ſalv.* origan. ſabin. ad ʒij.
bacc. laur. oliban. coſt. Zingib., pyre-
thri, caſtor., euphorb. an. ℈j. cer. q. s.



Digitized by Google

M.f.l. a. unguent., quô, abraſis pilis, caput inungatur.

*Emplaſtrum.* §. 11. Extremum ſit *emplaſtrum Hildsheim Spicil.I.p.m.*78.

℞. Spec.dianth.diam.d.an.℥ß.fl.majoran.*ſalv.* roriſmar. lavend. roſ.rub. ſpic.celt. an. ʒij. cubeb. cardamom. nigell. nig. oliban. carab.an. ʒij. & ℈ij., nuc. moſch. macis. an. ℈iv. camph. ℈j. f.c. pulveriſat. ladano puriſs.℥vj. cer.℥vj. ℅ roſ.℥ij.de caſtor.℥ß.ſpic.ʒiij.l.a.Emplaſtr.

*Mani- & pedilaviũ.* §. 12. Lanx ſatura demum *Mani- & Pedi-lavium Grüling.L.I.pract.p.I.c.1.p.m.*11.*ſeq.*

℞. Fol.ſalic.perſic. an. Mij. viol. lactuc. vitis alb. fl. nenuph. roſ. alb. chamm. meliſs. H. beton. origan. *ſalv.* an. Mß.cort.citr.arant.an.ʒiij.Cap.pap. alb. n. V. coq. in lixiv. leni & ▽ p. æq. add. ſub fin. acet. & vin. an. p. æqu. Alia pro lotione capitis dabit *Ranchin.de morb.ſubitan.c.*30.*p.m.*642.Adde *Timæi L.I.epiſt.*15.

*Obſ.practica.* §. 13. Virgo xxv. annorum, contumaciſſimâ *cephalæâ* per quinquennium miſerè divexata, multorumque conſiliis uſa, meum tandem petiit, dicens: ſibi omninò videri, ac ſi *animalculum* in capite hinc inde curſitaret, & eſſe

eſſe morbum à faſcino inductum. Dedi primò, ut par erat, Vinum digerens *ſalviâ* conſpicuum, quo de ſumſit quotidie bis ℥iv. inſtillando ſemper gt. x. ſpirit. ſal. armon. Lunâ decreſcente præſcripſi purgans: purgata citra moleſtiam ex voto. Tandem, omnibus ritè præmiſſis, *vermiculi* prorepsêre *rubicundi* & *piloſi*, ſicque optimam Virginem à ſupicione faſcini & omni querela liberavimus. Soli DEO gloria!

## CAPUT IV.

## DE USU SALVIÆ IN SOMNIIS TURBULENTIS.

§. I.

Multorum queſtus cum *Jobo VII.* 14. quòd per *ſomnia* terreantur, & per *viſiones* terrore concutiantur. Id accidit Abbati cuidam, cui *Auguſtus* ille Artis noſtræ Antiſtes *Tonnerus* [non neglectis tamen aliis] hoc præſcripſit *vinum medicatum*.

*Vinum medicatum.*

℞. Rad. cichor. pol. querc. caryophyll. an. ʒij. enul. ʒiß. H. beton. abſinth. rom. card. ben. hyſſop. citrar. anth. *ſalv.* an. P. j. f. ſenn. s. ſt. ʒx. agar. rec. trochiſcat. Mech. alb. an. ʒiiß. rhab.

rhab.el.ʒij. cinam. acut.ʒj. gal.min. ℈ij.paſſul.min.mund. Mß.c.ſindon. alb.f. ſaccul. vin. immergend. & ▽ beton. vid. *L.VI.*ejus *epiſt. medicar.* 23.

*Obſ. pract.* §. 2. Novi puellum ſeptem̃em,quem Parentes à *ſomniis horribilibus* hiſce remediis liberârunt. Primò digerebant tenaces humores aq. meliſs., roriſmar, *Salv.*,beton.&c.eosque leniter educebant, deinde hôc utebantur pulvere:

*Pulvis.* ℞. Pulv. bezoard. Sennert. ℈ij. ſal. corall.rubr.*Salv.* an.℈j. ſal.lap.*69*. gr. xiv,rad. pœon.ʒß. vitriol.♂tis lentè ad albedin. calcinat. gr.v. M.f. pulv. doſ.℈i.

*Obſerv.* §. 3. Honeſta femina XLII. annorum, valde *hypochondriaca*, crebriùs etiam hujuſmodi ſomniis infeſtata,aliquando [referente marito) cœpit vociferari: O *diabole! diabole!* Expergefacta cum lachrymis narrabat, quòd rem habuerit eâ nocte cum truculento aliquo *urſo*,qui eam *impregnaſſet*. Pudore igitur ſuffuſam præ dolore ita clamâſſe. Curata tandem ab inſigni Medico D.E.S.,Amico noſtro,qui *Salviam* quoque noſtram ad partes vocârat,ut ex formulis remediorum vidi.

§. 4.

§. 4. Puer XIII. annorum in Weſtfalia noctû aliquando in ſomno lachrymans miſerè ejulare cœpit. Roganti cauſam Parenti, dixit: *ſe cecidiſſe de arbore.* Qui contrà bono eum animo eſſe juſſit, & hujuſmodi mentis ludibria parum curare. Sequenti die abit in pomarium, conſcendit *pyrum*, & cum ipſo ramo, quem deprehenderat, decidit luxatô brachiô. In cujus curatione *Salviam* quoq; adhibitam eſſe memini. *Alia.*

Vir Artis noſtræ peritiſſimus ſomniârat, ac ſi un⁹ è *caninis* ſibi excideret *dentibus*. Hinc cum terrore expergefactus, eundem *dentem*, nondum anteà vacillantem, alveolô ſuo verè exciſum, ex ore protrahit, quem vidi. *Alia.*

§. 5. Occiderat nuper Amicus *bufonem* propè *Salviam* nidulantem, ſpectante filiola ſexenni. Quæ ſpectaculô hôc perterrita, ſæpius *de bufone* turbulentiſſima habuit ſomnia, ut, quo vaderet, ubivé ſederet, *bufonem* adeſſe, clamitaret. Sagaciſſima Mater in omni juſculo & cibo puellæ dedit *Salviam*, ſicque omnem abegit timorem. *Alia.*

§. 6. *Jacobus* Schnitter/ Centurio pedeſtris, ex crebriori crapula plerumque habebat *terrifica ſomnia*, à quibus tamen immunem ſe dicebat, ſi unum *Alia.*

alterumve ſcyphum *vini ſalviati* interponeret. Sic enim citra moleſtiam, ſine ullo phantaſmate, ſuaviter dormire poterat. Nullum vidi alium, qui frequentiùs & largiùs voráſſet *Salviam*, quàm iſte *Schnitterus*. In omni ſiquidem potu & cibo admiſtam habebat, ſeu tamen crudâ veſcebatur.

## CAPUT V.
## DE USU SALVIÆ IN VERTIGINE.

§. 1.

*Decoct. & potion.*

INternè propinabimus *Potiones* & *decocta Hildsheim. Spicil. V. p.* 479. 486. 499. ſeu *Foreſti L. X. obſ.* 68. Præparatos ritè humores faciliùs expelles hauſtu laxante *Hildsh. l. c. p.* 481. *vel Bruel. in prax. p. m.* 51. nodulum pro *vino* vid. in *Conſil. Medic.* XII. *Brunneri p. m.* 81. aut ſit talis.

*Vinum.*

℞. Rad. cichor. pœon. acetos. an. ℥ij. fol. meliſs. *Salv.* beton. an. Mß. fl. anth. lil. convall. an. p. ij. ſpic. ind. ʒß. f. ſenn. alex. s. ſt. ℥ß. rhab. opt. mechoacann. an. ʒj. coſt. ver. caryoph. arom. an. ℈j. cryſt. ♀ ℈iv. Conciſ. & cont. D.S. Species zum Laxier-Wein.

§. 2.

Digitized by Google

§. 2. Excellentem in vertigine *aquam* [*auream* ab effectu dictam] habet *Hildesheim l.a.p.m.*491.

§. 6. *Pilulæ Ranchini* de *morb. ſubitan. c.* V. hæ: *Pilulæ.*

℞. MP. de agarico, coch. an. ʒß. diagrid. gr. iiij. malax. *c.* ▽ *ſalv.* & f. pilul. n. vii. deaurent.

§. 7. *Clyſteres* proſtant apud *Bruel. l. c. p.m.* 27. *Foreſt. L. X. obſ.* 104. *Mynſicht. l. a. p.m.* 435. & alios. Placet ille *Joëlis L. I. prax. S.* III. p. 187. *Clyſter.*

℞. Beton. *ſalv.* ſerpill. majoran. an. Mj. ☿ial. cent. min. an. Mß. ſem. coriand. carv. an. ℥ß. concis. & contus. coq. in s q. ▽ ad mediet. Col. ℞. ℔j. cui admiſc. hier. ſimpl. ℥iß. diaphœn. ℥ß. ☍ rut. ℥iij. Sal. ʒj. f. clyſt.

§. 8. Externè proſunt *Balſama*, quæ inter excellens *Mynſicht. l. a. p.m.* 473.

℞. Pingued. anguill. ℥j. ol. galban. cum ſpir. terebinth. deſtillat. ℥ß. ol. lumbr. terreſtr. lil. alb. an. ʒiij. ſuccin. alb. rectif. roriſmar. angelic. an. ʒiß. bacc. junip. chamom. origan. cret. laur. an. ʒj. caryoph. lavend. *Balſam.*



Digitized by Google

*ſalv.* rut. an. ℈j. M. & c. ol. nuc. moſch. expr. & cer. alb. an. ſ.q. f.l.a. balſam.

Præmiſſis univerſalibus hôc balſam. non tantùm locum affectum inunge, ſed etiam à collo, ad ultimam usque vertebram, bis aut ter in die. Caveat interim æger ab aëre frigido, nec ſpaſmotica membra 🜄 frig. humectet, cibos flatulentos, crapulam, cruditatem, & veneris exceſſum vitando. Alium ordinabat *Quercetan.* olim in Aula *Caſſellana*, quem ſis vide apud *Petr. in noſolog.* T.I. *diſſert.* 8. *p.* 168.

🜄 *externa.* §. 9. Hîc meritò etiam commendabimus egregiam *aquam*, contrà *ſpaſmum flatulentum*, Illuſtri Viro, Dn. *Theodoro Reinkingio*, Reg. Cancell. Glückſtad. Patrono meo, dum viveret, ſincero, à Magno Artis noſtræ Antiſtite D.D. *Sim. Paulli*, Archiatro Regio, ſtudiorum meorum fautore ſingulari, & nunquam ſine ſumma animi reverentia nominando, præſcriptum, quam tecum candide communicabo.

℞. H. *Salv.* Mj. fl. tanacet. verbaſc. an. Mß. caſtor. præping. & opt. in taleol. concis. ℥j. tabac. virgin. ℥ß. inf. in vin. aduſt. ex frument. parat. ℔iß. pond. civil. ſtent loco calid. ciner. vaſe

vaſe probe obturato per 3. ρ. poſtea fortiter expr. & Colat. S. pro uſu.
S. Waſſer äuſſerlich zugebrauchen.

§. 10. *Sacculus* Plateri talis: *Sacculus.*

℞. Rad. ireos fl. ℥vj. enul. angelic. an. ℥ß. H. *ſalv.* beton. chamæp. fl. cham. nobil., melilot., ſamb., roſ. lavend. an. ʒj. ſem. coriand. ʒij. milij ☉is ℥j. carv. ʒj. ſal. ʒj. f. pulv. pro ſacculo bombace, vel lanâ interſuendo.

§. 11. Nunc invitat nos *balneum Joelis L. I. pract. Sect. III. p. m* 188. *Balneum.*

℞. Beton *ſalv.* ſerpill. origan. chamæpit. chamæm. an. Mij. rad. helen. alth. an. ℥ij. ſem. fœn. gr. ℥iij. ♀. citr. ℔j. alum. ℔ß. cont. & concis. coq. pro lavacro, quô partes convulſæ ante prandium, aut totum corpus ter vel quater lavetur, & confricetur. Quô factô cervix & ſpina dorſi ſpecifico quodam linimentô inungatur.

Aliud parabit *Verzaſcha* L. I. *River. controv.* c. 6. *Dion. Font. L. I. de morb. int. cur.* c. 21. *River. L. I. prax.* c. 4. & *Purmann.* im Chirurgiſchen Lorbeer-Krantz *P. III c.* 15. *p.* 833.

§. 12. *Fotum* coquet *Bruel. l. c. p. m.* 78. ita: *Fotus.*

℞. Fol. *ſalv.* rut. an. Miij. ſem. fœn. gr. ℔ß. ol. commun. & ▽ q. s. pro fotu.

Plures vid. apud. *Becker L. II. Med. Microcoſm c. 2. p. m.* 102. *a. Senn. L. I. prax. P. II. c.* 28. p. 570. omnes tamen *ſalviæ* plenas.

*Cataplaſma.* §. 13. In *convulſione maligna*, ad ulteriorem materiæ malignæ diſſipationem, & nervorum roborationem, ſeq. *cataplaſma* ad integram ſpinam ordinavit *Greg. Horſt. L. I. obſ.* 15. *p. m.* 28.

℞. Sem. lini, fœn. gr. an. ℔ß. fl. cham. f. *ſalv.* an Mij. caſtor. ʒij. coq. in aq. & vin. an. p. æq. adde ☋ rut. adip. hum. an ℥ß. M. pro cataplaſmate.

*Unguent.* §. 14. Pro *ſpaſmo ex vulnere* ex *Cæſ. Magati L. I. c.* 77. prolixum deſcribit *unguentum Sennert. L. V.* Prax. *P. IV. c.* 25. *p.* 519. At longe concinnius & præſtantius *Mynſichtianum l. a. p. m.* 488.

℞. ☋ limac per deſcenſion. deſtillat. lumbric. terreſtr. ſeſamin. an. ℥iß. pingued. ariet. caſtrat. erinacei, vulp. an. ℥j. butyr. majal. ſine ſale, medull. cervin. an. ℥ß. ſp. junip. ℥iij. M. & coq. ad conſumt. ſpirit., poſtea add. ☋ deſtillat. ſuccin. alb. ʒiij. chamom. laur. an. ʒiß. roriſmar. *ſalv.* an. ʒj. M. & c. s. q. cer. alb. f. s. a. unguent.

Inun-

Inungatur eô locus ſpaſmaticus mane & veſperi calidè, præmiſſis tamen univerſalibus, ut par eſt. Aliud ex *Pareo* commendat *Fabricius Hildan.* c.24. tr *de gangrana.*

*Aliud.*

℞. H. *ſalv.* chamæpit. majoran. menth. rut. lavend. fl. chamom. melilot. aneth. hyperic. an. Mß. bacc. laur. junip. an. ℥ij. rad. pyrethri ʒij. maſt. benz. an. ʒiß. terebinth. venet. ℔j. ol. lumbr. aneth. catellor. an ℥vj. terebinth. axung. hum. an. ℥ij. vin. malv ℔iß cer. q. s. pro unguent.

*Liniment.*

§. 15. *Linimentum* habet Gr. *Horſt.* *l. a.* & plura conſignavit *Becker.* l. c. p.m. 102. & *River.* l.d. *p.m.* 25. & *Ranchin de morb ſubitan.* c. 5. *p.m.* 604. & 606.

## CAPUT XIV.

## DE USU SALVIÆ IN EPILEPSIA.

*Decocta & potiones.*

D*Ecocta & potiones præparantes* ac purgantes ſuppeditabit *Dion. Fontan. de morb. int. curat. L. I.* c. 15. *p.m.* 43. *Plater. L. I. obſ. p.* 19. *Bruel. l. c. p. m.* 66. *Foreſt. L. X obſ.* 53. *& obſ* 64. 67. ſeq. *Grüling. C. V. obſ.* 100. *Ranchin. de morb. pueror. Sect. II. c.* 2. *p. m.* 296. *Brunner. in Conſil. p. m.* 106.

106. *Sennert. L. I. pract. P. II. c.* 31 *p.* 600. & nos ſuprà dedimus. Vinum injungit *Plater. L. I. obſ.* p.m 25. ſeq. & *Mynſicht* l.c. *p.* 359. nec non *Cl. Decker in not. ad prax. Barbett. L I. c. i. p.* 17. a. Adde *hydromel. Sennert. l. a. p.* 600. & *Brunner. in Conſil. p.* 96.

*Aquæ deſtillat.* §. 2. De *aquis* antepilepticis [quas ſi non omnes, pleraſque tamen *ſalvia* ingreditur] quivis ferè practicus ſibi triumfâſſe videtur. Aqua *picarum*, & ▽ *ſalv. compoſita* proſtat apud *Schröder. L. I. Pharmacop. c.* 38. *p.* 147. ſeq. & *Sennert. L. I. prax. P. II c.* 31. *p. m.* 611. ſeqq. Aliam deſcribit *Mynſicht. l. c. p. m.* 286. aliam *Dorncreil. in Diſpenſat. P. II. c.* 1. *p. m.* 23. aliam *G. Horſt. L. II. obſ.* 21. p. 125. aliam *Brunner. in Conſil.* p. 107. & *p.* 114. *Fiſcher. L. III. corp med. p.* 241. aliam *Fr. Hildesheim. de affect. cap. Spicil. VII. p.* 605. aliam *Tiling.* in *prodromo ſuo prax. chymiatr p. m.* 526. alias *Becker. L. II. Med. Microcoſm. p. m.* 118. *ſeqq. Matthiol.* in *Ph. Auguſt. Claſs XV. p. m.* 514. ac *Ranchin. de morb. pueror. Sect.* 2. *c* 2. *p. m.* 299. Regis & Reginæ Daniæ promet *Birling. in append. ad C. I. advers. p. m.* 20. ſeq. alias idem p. 23. *ſeq* & *p.* 26. *ſeq.* & *p.* 36. & 39. Optima mihi videtur illa Cl. *Cnöfelij*

*felij miſtura* in annex. *T.VI. Eph. Germ. Curios. p.* 52. & eſt hæc:

℞. ▽ beton. *ſalv.* chamædr. chamæpit. an. ℥ij. cinam. ℥ß. extr. pœon. ir. flor. elix. cephal. an. ℈j. -~⊖li ceph. ʒj. ſyr. de ſtæch. q s. M. *Miſtura.* Adde *Rolfinc. L. IV. chym. Sect. 4. c. 3.* Ceterùm juſta & candida eſt Cl. *Zwölferi animadverſio* in ▽s deſtillatas, quibus miſcentur *picæ*, & alia animalia.

§. 3. *Spiritum antepilepticum* deſcribit *Plater. Tr. I. p.* 85. & *Rolfinc. L. III. chym. Sect. I art. 2. c* 19. quos vide. *Spiritus.* *Syrupum Hildesheim de aff. cap Spicil. VII. p. m.* 585. & *Sernert. l. c. p. m* 602. *Syrup.*

§. 4 Bonum quoque *Electuarium Plateri L. I. obſ. p.* 28 *Bruel. l. c. p. m.* 67. *Fr. Ranchin.* l. a. Mihi placet *Joëlis L. I. prax. p. m* 180. quod *Grüling.* etiam *L. I. prax. P. I. c. 3. p. m.* 38. integrum tranſcripſit, & eſt hoc: *Elect.*

℞. Cons. beton *ſalv.* roriſmarin. an. ℥j. rad. cichor. condit. cort. citr. condit & minut. conciſ an. ℥ß. ſp. diam. d. diambr. an. ʒiß pulv. viſc. quern. ciner. cucul. avis, cran. hom, corall. rub. ppt. an. ʒj. ſem. pœon. ʒiß. ol. cinam. ℈ß. c. s. q. ſyr. de cichor. f. elect. Doſis quantitas ſemijuglandis jejunô ſtomachô.

Plura

Plures compilavit *Becker. l. d. p. m.* 116. *Foreſt. L. X. obſ.* 68. *Sennert.* l. c. p. 603. *Brunner. Conſil. Med. p. m.* 134. & 121.

*Pulv.* §. 5. *Pulvis Cratonis L. VI. Conſil.* 38. *p. m* 136. paratur ſic:

℞. Chamædr. chamæpit. an. ℥ß. *ſalv.* beton. an. ʒvj. gentian. ʒij. meliſs. rub. tinct. an. ʒß ſem. anis. liguſt. petroſelin. an. ℥ij. f. pulv. doſ. ʒj. in uſculo.

Alios vid. apud *Sennert. l. c. p.* 620. & *Toner. L. II. obſ.* p. 91.

*Pilulæ.* §. 6. *Pilulæ* phlegma expellentes, poſſunt eſſe tales:

℞. MP. coch. ℈ij. arab. ℈j. troch. alhand. gr. iij *ol. ſalv.* gt. j. f. pilul. n. xxiv. Vid. *Senn. l. a. p. m.* 602.

*Morſuli.* *Morſuli Plateriani L. I. obſ. p* 29. hi:

℞. Nuc. moſch. n. iij. rad. pyreth. ʒj. *fol. ſalv.* majoran. fl. lavend. anth. an. ʒß. nigell. ℈j. cinam. ʒiß. caryoph. galang. an. ʒß. cran. hom. ppt. cin. hirund. an. ʒß. ſacch. ℥vj. ſolut. in ▽ ſalv. f. tabul. pond. ʒiß. Conf. Sennert. l. c. p. 604.

*Gargariſmus.* §. 7. *Gargariſmos* paravit *Crato L. I. conſ.* 4. *Sennert. l. c. p.* 619 *Brunner. Conſil. p. m.* 106. & 116. & alii *Clyſter.* *Clyſterem* ſpecificum *Mynſicht. l. a. p.* 434. &

& innumeri alii, nosque ſuprà formulas adſperſimus.

§. 8. *Cucuphas* reperies apud *Platerum L. I. obſervat. p.* 20. *Lixivium* apud *Brunnerum in Conſil. p.* 85. ſaponem *ibid. & p.* 95. *Fotus* apud. *Horſt. L. II. obſ.* 6. In epilepſia infantum ſpinam dorſi & membra contracta ſequente *linimentô* illiniri jubet *Verzaſcha L. I. River. contr. c.* 8. — *Cucupha.* *Lixivium.* *Fotus.* *Linimentum.*

℞. ▽ *ſalv.* ℥ij. ▽ vit. c. caſtor. & maſtich. ℥j. ſpir. lil. convall. junip. an. ℥ß. ☍ deſtill. ſuccin ℈j. M.

§. 9. Tandem dabimus *ceratum Brunner. in Conſil.* p. m. 99. — *Ceratum.*

℞. Succin. alb. thur. nuc. moſch. an. ℈ij. corall. rub. ppt. ſandarac. arab. an. ℈j. fl. ſtæch. arab. *ſalv.* lavend. an. ℈ß. excip. c. ſ. q. ladan. f. s. a. cum oleo nuc. moſch. maſſa, quæ inducatur alutæ pro bregmate: affricetur ☍ caryoph. fœn. an. gt. 1. obduc. ſindone.

§. 10. Puella XVII. annorum, menſibus ultra decem menſes obſtructis, fit *epileptica*, ut ſingulis fere ſeptimanis aliquot horrendos ſuſtineret inſultus. Obſervatis tamen diætæ legibus, DEI miſericordiâ, ſeqq. reſtituimus. — *Obſ practica.*

[1] Dedimus *Vinum medicatum*:

℞. Rad

*Vinum medicatum.*

℞. Rad. helen. acor. ver. angelic. valerian. ſylv. ariſt. rot. an. ℥ij. *fol. ſalv.* beton. artemis hyſſop. meliſs. an M j. bacc junip ℥ß. Summit. cent. min. abſinth. noſtr. an. P. 1. ſem. fœnic. dulc. dauc. cret. an. ʒj. cinam. acut. ʒij. cort. aurant. nuc. moſch. an. ʒj. fl. cheiri, hyperic. anth. til. ſalv. an. P. 1. f. infuſ. in 🜄 beton. & fl. til. an. ℔ iß. doſ. bis in die ℥iv. inſtillando cuilibet ex ſpirit. ſal. armon. Tinct. caſtor. & fl. hyperic. gt. xviij.

*Pilulæ.*

[II.] Poſt triduum purgata eſt ſeqq. pilulis:

℞. MP. ♀ Quercet. juxta animadv. Zwölferi correct. ℈j. ♀ ⊖lat. gr. ij. Mag. Jalapp. gr. iij. ſal. volat. ſuccini, artemis. an. gr. ij. f. c. 🜄. *ſalv.* pilul. n. xviij. obduc. ☽.

Dejecit alvum ſepties citrà moleſtiam, continuando cum vino.

[III.] Duobus diebus ante plenilunium iterum devoravit *pilulas* jam dictas; alterò tamen die levem habuit paroxyſmum.

*Pulvis.*

[IV.] Pridie & poſtridie, imo in ipſo *plenilunio*, veſperi ſumſit pulv. ſeq.

℞. Cinab. ♁ij. gr. xii. ſuccin. alb. præp. gr. xiv. corall. rub. ppt. ℈ß. matr. perl. præpar. gr. viij. ras. ebor. ℈ß. lap.

69.

♋ ppt. gr. xii. viſc. quer. ſp. cordial. temperat. an. ℈j. *ſal. ſalv.* artemis. an. gr. vij. caſtor. gr. xii. f. pulv. adſperg. aliquot guttul. ol. ſalv. & divid. in 3. doſes. D. cum ▽ meliſſæ.

Vires hujus pulveris ſummoperè commendavit, nec hactenus ullum ſenſit inſultum.

[V.] Eôdem menſe, alterô die poſt ultimam ☽æ quadram, denuò ſumſit pilul., ſuprà memoratas, alia purgantia faſtidiens.

[VI.] Interim miſturam dedi ex ▽fl. til. ℥iß. *ſalv.* meliſs. an. ℥j. antepilept. Lang. ʒx. beton. ℥ij. ſpir. ſal. armon. gt xxiv. ol. ſuccin. gt. vj. manè & ſerò cochleatim. *Mixtura.*

[VII.] Tribus diebus ante *plenilunium* manè, poſt *pedilavium* & *fotum* ventris, nec non ejus inunctionem, ſumſit *bolum* tribus auroris:

℞. Ferment. vet., cui immiſce pulv. myrrh. ʒß. ſuccin alb. præp. fol. dictamn. cret. an. ℈ß. croc. gr. vj. caſtor. gr. iiij. ſacch. q. s. doſ. quantit. minoris juglandis. *Bolus.*

*Pedilavium* erat hoc: ℞. Herb. artemis. ſabin. meliſs. puleg. origan. *ſalv.* beton. an. Mj. fl. chamom. cent. min. ſalv. an. Mß. rad. alth. lil. alb. an. ℥ß. *Pedilavium.*



Digitized by Google

vincetox. ariſt. rot. an. ℥iij. ſem. aquileg. lini an. ℥j. bacc. junip. ℥iß. coq. pro pedilavio.

*Unguent.* *Unguentum* tale : ℞. ol. lil. alb. chamom. an. ʒij. pulv. ſabin. ariſt. rot. an. ℈j. adip. anſerin. ℥ß. f. unguent.

[IIX.] Pridie poſtridieque *novilunij*, imò in ipſo *novilunio*, ſumſit veſperi cubitum itura iterum *pulv.* ſuprà dictum.

[IX.] Demum dedi pilulas ſeqq.

*Pilula.* ℞. Myrrh. elect. ℈j. ſal. volat. ſuccin. artemiſ. an. gr. vj. caſtor. gr. vij. extr. ſabin. gr. iij f. c. ſyr. artemis. pilul. n. xxiv. inaurent.

Cuncta feliciter, & ex voto. Soli DEO gloria! Hanc methodum cùm muſteus quidam Doctorandus, quem meritò inter τῷ ὀνόματι ἰητρὺς (*nominetenus Medicos*) cum *Hipp. Lib. de Arte* numeramus, roderet, operæ pretium duxi, integram hiſtoriam ſincerè hîc innectere, rumpantur ut ilia Momo.

## CAPUT XV.
## DE USU SALVIÆ IN APOPLEXIA.

§. 1.

*Simile.* QUemadmodum *Luna* in Macrocoſmo, terrâ inter *Solem* & hanc interpoſitâ, neceſſariò *ecclipſin* patitur,

patitur, h. e. lumine ſuo à Sole accipiendo privatur, ità ut lucem, tenebrarum illud ſolatium, animalium generi præſtare non poſſit, neque influxû ſuô, ſapientiſſimè à Creatore inſtituto, generationum & mutationum viciſſitudines obire: ad eundem modum *Cerebrum* in microcoſmo, *ſanguine* inter hoc & cor interpoſito, qs. *ecclipſin* patitur, h. e. omnibus ſuis operationibus privatur, ita ut omnia corporis membra, lucis, ſpiritus animalis indigentia, extremis obruantur tenebris, cùm neque oculus tum videat, neque auris audiat, neque manus, neque pes ullum faciat officium, &, quod maximum eſt, ne ratio quidem ipſa tantum poſſit, ut ægritudinem ſuam cognoſcat. Tantum poteſt *αἱμόστασία*, uti *morbum attonitum* ingenioſè definit Hoſpes & Doctor olim meus in Reg. ac Equeſtri Acad. Sorana *Juſt. Cortnummius* in aureo ſuo de hoc affectu libro, cui tu, quisquis verum amas, *BONUM FACTUM* præfigas velim.

§. 2. Tanto tamen morbo heroicè ſe opponit *Salvia*. Potiones & decoctapete à *Platero L. I. obſ. p. m.* 14. *Sennert. l. a. p.* 668. *Hildesheim. l. c. p.* 519. *Potiones & decocta.*

& p.524 *ſeq. Foreſt. L.X. obſ.69.77.81.: ſeq. Bruel. l.a.p.m* 89.& aliis.

℞. Rad. pœon galang. helen. an. ℥ß f. beton. roriſmar. *ſalv.* an. Mj. fl. pœon. lavend. anth. lil. convall. primul. ver. *ſalv.* ſtæch. arab. an. P.ij. Sem. anis. coriand. ppt. lign. aloës, ſantal. citr. an. ʒj. cubeb. caryoph. coſt. arab. an. ℈j. incis. & cont. M.D. in chart. S. Species zum Präparir-Tranck.

***Purgans.*** Hauſtulum purgantem præſcripſit Cl. *Decker. l.c.p.m.*29.B.

℞. Extract. elleb. nigr. gr. xvi. reſin. colocynth. gr. iij. ∾ ⊖is armoniac. gt. vj. caſtor. pulveriſat. ♀ vitriolat. an. ℈ß. ▽ *ſalv.* q.s.f.H.

***Vinum.*** §. 3. *Vinum* propinabit *Grüling. L. I. Pract. p.m.*47. *ſeq.* & *Cl. Decker l.a. p.* 30.

℞. Rad. angelic. irid. flor. ariſt. rot. an. ʒiij. *fol. ſalv.* origan. majoran. puleg. an. Mj. Senn. mund. ℥j. fl. lavend. hyperic. an. P.j. agar. alb. ʒiij. bacc. junip. ℥j. cubeb. cardam. nuc. moſch. cinam. an. ʒiß. ⊖ ♀i. ʒj. Concis. & cont. D. pro vino medicato. doſ. ter in die ℥ij. infus. ſingulis vicibus gt. x. ∾ ⊖is armon.

***▽ deſtillata.*** §. 4. ▽*s* deſtillat *Langius*, modò audiat

audiat monitum *Zvvölferi in Pharm. Auguſt. Claſs. xv. p. m.* 529. *River. L. I. Prax. c.* 2. *p.* 17. *Caſp. Bartholin. in Miraculis Medico-Chym. Mölleri p. m.* 67. *Grüling. L. I. Prax. p. m.* 41. *Timæus à Güldenklee in append. ad caſ. med. p.* 395. *ſeq. Kohlreiter* & *Roth. apud Birlingium noſtrum in append. ad C. I. Adverſ. curios. med. p. m.* 40. *Sennert. l. c. p.* 670. *ſeqq.* & *p.* 682. *Croll. in Baſil. chym. p. m.* 189. *Hildesheim Spicil. VI. p.* 533. 522. & 613. *ſeq. Schröder L. I. Pharmacop. c.* 38. *p. m.* 135. *Fr. Hofmann. in Theſ. pharmaceut. Sect. I. n.* 2. *Diſpenſat. Hafniens. Cl. xiv. p.* 154. *Tiling. in prodrom. prax. chymiatr. p.* 534. Cunctis verò palmam facit dubiam nobilis illa triga *Cl. Zvvölferi in Pharmacop. Regia Claſs. XV. p.* 889. & in *append. ad hanc Pharmacopœam p. m.* 167. quam ſîs vide & fide; *Ranchin. de morb. ſubit. c.* 1. & quid plures referam?

§. 5. Efficax etiam in ipſo paroxiſmo *mixtura Deckeriana l. c. p.* 28. cochleatim infuſa. *Mixtura.*

℞. ▽ *ſalv.* lavend. antepilept. an. ℥j. R. caſtor. ʒß. ∾ ⊖ armon. ℈j. ♃ ſuccin. gt. viij. ſyr. de ſtæchad. ℥j. M.

Adde *Rolfincianam L. IV. Chym. Sect. IV. c.* 2.

*Spiritus.* §. 6. Elegans quoque laudatiſſimi *Zvvölferi* in *Mantiſſa Hermet. p.m.* 746. *ſpiritus cephalicus*, ad quem in omnibus à frigiditate affectibus tutò recurre, nec non Cl. *Mœbii* apud *Birling. l.c. p.m.* 45. & *Frid. Hofmann. Sect.* xxvi. *theſ. pharmaceut. p* 101. & 103. *Hydromel.* *Hydromel Tonneri* contrà apoplexiam, in paralyſin dextri lateris cum oris tortura deſinentem, præſcriptum reperies *L. II. obſ.* 4. *Syrupus.* *Syrupum* largitur *Brunner. in Conſil. Med. p.* 140. *Sal.* Sal *antapoplecticum Mynſicht. l.a. p.m.* 194. acuit *Salvia. Pulv.* *Pulvis* D. *Fabri* deſcribitur à *Beckero in Med. Microcoſmic. L. II. p.m.* 113. *Pilulas* habet *Foreſtus L. X. obſ.* 82. Vel:

*Pilulæ.* ℞. MP. ☿ Quercet. marocoſt. Minderer. an. ℈ß. extr. aloës gr. xij. caſtor. *ſalv.* an. gr. vj. reſin. ſcammom. gr. iiij. f. pilul.

*Rotulæ.* §. 7. Utiles etiam *Rotulæ Senn. l. a. p. m.* 681.

℞. 🝆 deſtillat. nuc. moſch. cinam. caryoph. an. gt. iv. ſuccin. gt. v. *ſalv.* gt. iiij. ſacch. in ▽ roſ. ſol. ℥iv. f. s. a. rotul.

Et iſtæ *Tonneri L. V. Conſ.* 4. *p.m.* 241.

§. 8. Placet *electuarium?* adi *Hil-*

*des-*

Digitized by Google

*desheim l.c.p.m.*547. *Gokel.conſil.med.* 28.*p.m.*341. *Foreſt.L.X.obſ.*76.78. ſeq. *Sennert.l.a.p.*673.681. Unicum dabimus *Grülingij L.I. pract. P.I.c.*6. *p.m.*43. *Elect.*

℞. Cons.fl.beton,*ſalv.*anth.an.℥ß.nuc. moſch. condit. ℥iij. Mithridat. ℥ij. oxymell.ſcyllit.q.s.f.electuar.

Conf.*Cent. ejus II. obſ.*27.

§. 9. In ſelectis & probatis remediorum formulis conſummati Saxoniæ ſuperioris Æſculapii, D.D. *Michaelis*, in adoleſcentia à me collectis, tales invenio morſulos: *Morſuli.*

℞. Cons.beton.℥iij. anthos.*ſalv.*pœon. prim. ver. lavend.tunic an. ℥j. myrob. chebul. condit.℥ij. Nuc. ind. cond.℥iiß. ſuccin. alb. ppt ℥iij. fæc. pœon.℥iß ung. alc.ppt.ʒj. ſmaragd. ppt.ʒß. ſp. diambr. diam. d.an. ℥iß. conf. alcherm.℈ij. c. ſ.q. ſacchar. in ▽lil.convall.& meliſs.c.vin.deſtillat., & antapoplect. diſſolut. F. s. a. Morſuli.

§. 10. Vin' *gargariſmum*? coquet eum *Crato L.I. Cons.*5.*p.m.*58.& *Grüling. l.c. obſ.*26. *Clyſteres* parabit *Hildesheim l.a.p.*524. *Dion.Font. l.c.p.m.* 51. *Horſt. l.d.p.m.*84. *River. l.a.p.*15. *Bruel.l.c.p.*87. *Foreſt.L.X.obſ.*67.75. *Gargariſmus.*

77.&c. *Sennert. l.a.p.*665.ſeqq. *Gokel l.c.p.m* 338.*Grüling.l.d.p*.43. unicum *Timæi* tranſcribam. *L. I. caſ. med.* 13. p.30.

*Clyſt.* ℞. H. prim. ver. beton. *ſalv.* rut. orig. cent. min. an. Mß. fol. laur. fl. lavend.ſtæch.arab.an. P.1.Rad. angelic.℥ß.fol.ſenn.ʒv.pulp. colocynth. in petia ligat. ʒiß. ſem.ſeſel., carvi, rut.aneth.an.ʒiß. Incis.& conquaſſat.coq. in ▽ ſ.℞.Colat.℥x. & hier. ſimpl.ʒvj. ben. laxat.℥ß. ol. rut. caſtor.an.℥j ⊖ gemm.℈iv.f. enema.

*Alius.* Adde *Deckerianum L. I.c.*2.

℞.H.rut.cent.min.origan.*ſalv*.an. Mj. Rad. ariſtol. rot. elleb. nigr. an.ʒij. cyclam. ʒij. ſem. cartham. agar. in petia ligat an. ʒij. pulp. colocynth. ʒß. coq. in s.q. ▽s. Col. ℞.℥vij. in quibus diſſolv. elect.hier.cum agaric.℥j. Sal. rut.ʒj. caſtor. ℈j. Mell. anthoſat.℥j.M f. clyſt.

*Aqua externa.* §. 11. *Externè* inſerviunt etiam *aqua*. Hanc Excellentiſſimus *D. Simon Paulli* in *Conſil.* quodam *medicô* ſingulariter commendat:

℞. ▽ lil. convall. cum vin. *ſalv.* cum vino an. ℔ß. pond. civil. caſtor. præpingu., demtis membranis, in taleolas minutas concis. ℥j.

ſtent.

ſtent in digeſtione ciner. calid. per v.hor. poſtea D. fortiter expreſs. pro uſu S. Waſſer zum Rückgrad.

D. *Dolæus* hanc habet *miſturam L. I. encyclop. med. c.x. p.* 158. a. *Alia.*

℞. ∾ convulſiv. noſtr. ℥j. eſſent. ad membra ʒj. ▽ *ſalv.* beton. hyperic. an. ℥ß. M.D.

§. 12. *Cucupha Toneri* hæc *l. c. p. m.* 241. *Cucupha.*

℞. Fl. majoran. *ſalv.* anth. ſtæch. arab. beton. chamomill. lign. aloës vernic. ſucc. alb. gall. muſch. &c. an. q. s.

§. 13. *Lixivium Bruel l.c.p.m.*89. & *Brunner* parârunt *l. c. p.* 141. *balneum Joël l.a.p.*183. *Thermas artificiales Gokel l.c.p.m.*540. *Oleum Zuvelfers in append. ad Pharmacop. Reg. p.m.*179. *Lixivium &c.* *Oleum.*

℞. ꝏ ſtill. ſuccin. ℥j. *ſalv.* ʒvj. cer. ℥ß. ol. majoran. coriandri, lavend. roriſmar. an. ʒij. nuc. moſch. ʒiij. M.

§. 14. *Balſamum* communicat *Tiling. l. a. p. m.* 545. & *Cl. Cnöfel. l. c. p. m.* 41. *Balſamus.*

℞. ꝏ nuc. moſch. expr. ℥j. balſ. ind. ver. ℥ß. ambr. grys. ʒiij. moſch. di levante ℈j. ꝏ *deſtillat. ſalv.* c. lil. convall. parat. gt. xxj. maſtich. gt xv. caryoph. gt. xii. ſuccin. rec. gut. vj. cinam. ʒß. & gt. ij. gummi tacamahac. q. s. M. f. balſam.

§. 15.

*Fotus.* §. 15. *Fotus* vid. apud *Hildesheim l. c. p. m.* 540. & *Senn. l. d. p.* 183. qui etiam componet *linimentum* p. 675. quod magni uſus eſt. Vel:

*Linimentum.* ℞. Unguent. nervin. Martiat. an. ℥ß. axung. caſtor. ʒß. & laur. petrol. an. ʒj. *ſalv.* ſuccin. rut. an. gt. vj. ∽ formic. ʒij. M.

*Unguent.* §. 16. *Unguentum* addit *Toner. l. c. p.* 24. ex anſere toſto farcto fruſto carnis vulp. pingu. galb., ſerap., ammon., bdell., caſtor., myrt., lumbric. terreſtr. *ſalv*, roriſmar., gran. junip.

## CAPUT XVI.
## DE USU SALVIÆ IN INCUBO.

§. 1.

*Elect.* ELegans Cl. *Deckeri conditum in not. ad Prax. Barbett. L.* 1. *c.* 3.

℞. Conſ. fl. anth. *ſalv.* an. ℥j. ſp. diambr. diam. dulc. an. ʒj. Mithridat. Damocr. ʒij. ol. ſuccin. gt. vi. ∽ Sal. armon. ʒß. ſyr. ſtœchad. q. s. f. condit. doſ. eſt magnitudo caſtan.

§. 2. *Cucupha* poteſt eſſe talis:

℞. Fol. ſerpill. *ſalv.* pol. mont. puleg. fl. pœon. lil. convall. ſpic. an. ℈iv. ladan. ſtor. calam. ſuccin. benz. myrrh. el.

el. an. ʒj. ſp. diambr. ℈j. ſem. anis. pœon. rut. ligu. rhod. an. ʒß. incis. & cont. M.

§. 3. Adoleſcens XVII. annorum, affectû hoc correptus, Deô annuente, brevi in integrum reſtitutus vinô medicatô, *ſalviâ* conſpicuô, pil. ♀eis quercet., ad mentem *Zwölferi* legitimè correct., electuariô cephalicô, & impoſitâ cucuphâ, ſuprà *C. I.* §. 16. & 20. deſcriptâ, *ſalviaque* ſemper immixta. *Obſ. pract.*

§. 4. Equitum Magiſter, Dn. *Sigiſmundus Antonius* von Hellbach/ malô hoc diu crebròque infeſtatus, ſequenti *electuario*, præmiſſis univerſalibus, multum ferebat acceptum: *Alia.*

℞. Cons. meliſs. beton. *ſalv.* an. ℥ß. pulv. bezoard. D. Schoneri ʒj. theriac. diateſs. ʒij. lap. cancr. crud. ℈ij. Sal. volat. ſuccin. ℈j. ℞. caſtorei gr. xxvj. M. c. s. q. ſyrup. citr. perlat. f. electuar. *Elect.*

Quo de ſumebat ſingulis veſpertinis *incœnatus* ad magnitudinem caſtaneæ. Quàmplurimis aliis ſuæ vitæ ſociis commendâſſe ferebatur, eximio cum levamine. Solô decoctô *Salviæ* & rad. helenii medebatur ruſtica *Albatienſis* ad Viſurgim tribus ſuis puellis, *Alia.*

lis, quæ ad unam omnes malo hôc torquebantur, ut ex ore ejus habeo. Capuccinus quidam, P. *Candidus*, tria *ſalviæ* folia, ipſô die reſurrectionis *Dominicæ* in nomine P. & F. & S. S. decerpta, & precibus miſſaticis expiata, *amuleti* loco, in hoc, & aliis morbis, adhibebat, nec infeliciter, cujus rei teſtis αὐτόπτης ego. Magna vis Phanſaſiæ! *Alia.*

## CAPUT XVII.

## DE USU SALVIÆ IN CATARRHO.

§. I.

OMnis ferè antiquitas *catarrhorum* generationem ad *cerebrum* reſtrinxit, per eſſentiam, vel conſenſum, affectum. ἡ κεφαλὴ τῷ φλέγματι, καὶ τῆς ψυχρῆς καὶ κολλώδεος μετρόπολις, *caput fons pituitæ*, & *frigidi ac glutinoſi arx*, dicente *Coo Lib. de carnib.* Idem ſenſit *Pergamenus. L. II. de different. febr. c. ult. Plato L. III. de Rep.* & *Stagirita Lib. de ſomn. & vigil. c. 3.* & *L. II. de P. A. c. 3.* Aliter verò & rectiùs *Schneider. Libro de oſſe cuneiformi*, cujus veſtigia calcat Celeberrimus *Rolfincius L. VI. diſſert. anatom. c. 56. p. m. 1251.* ſeqq. Non habent enim *Vetus error.*

enim *catarrhi* generationis ſedem vel primigeniam, ſeu poſtgeniam, in *cerebro*,eô,quô priſci credidere, modô. Abſolvit ab hoc crimine innocentiſſimum cerebrum laudatiſſimus *Rolfinc.*,& cuncta enucleat ſolidius.

*Decocta & potiones.*

§. 2. Sufficiat nobis ſciîſſe, *ſalviam* catarrho, inprimis frigido, animoſe ſemper reſtitiſſe. Ideò eam Practici omnibus decoctis & potionibus digerentibus nunquam non immiſcent. Vid. *Hildesheim de aff. cap. Spicil. IX. p.m.*731.734.747.& *Crato L.VI. Conſil.*29. ut innumeros alios taceam. In diuturniore catarrho *vina medicata* & cereviſiæ utiliſſimæ, quam ad rem ecce! ſpecies *Sennerti L.I. Prax. P.II. c.* 34.

*Vinum medicatum.*

℞. Rad. caryophyllat.Mij. gran. junip. Mj. ſarſaparill. ℔iß. *ſalv.*roriſmar. chamæpit.an.Miij.caryoph.galang. an.℥ß. affund. s.q. muſti vel cerevis. recent. in dolio convenient., ut f. vin.vel cereviſ.medicat.

Conf. *Grüling. L. I. prax. p.* 80. & *C.I.obſ.*100.*Toner.L.II.obſ.*13.

*Mixtura.*

§. 3. *Mixtura Timæana* optima *L.I.caſ.med.*18.

℞. ▽ *ſalv.* beton.fœnic.an.℥ij. hyſſop. ℥iij. ſyr. de beton. hyſſop. an. ℥iß. oxy-

oxymell. ſimpl. ℥j. eſſent. roriſmar. ʒij. M.

*Syrupus.* Adde *Sennert. L. I. Prax. P. II. c.* 34. *p.* 709. *Syrup. D. Kegleri* vid. apud *Senn. L. II. prax. P. III. c.* 5. *p. m.* 369. eumque purgantem apud *Fr. Hildesheim Spicil. X. p. m.* 733.

*Elect.* §. 4. *Electuaria* maximè hûc facientia collegit *Sennert. L. I. P. II. c.* 54. *p. m.* 711. ſeq.

℞. Cons. fl. anth. *ſalv.* lavend. an. ℥ij. roſ. ℥ß. conf. alch ℈j. ſpec. diaplir. ʒß. ſolut. corall. rub. perlar. an. ℈j. eſſent. *ſalv.* ʒj. mithridat. ʒij. ▽ apoplect. ʒiij. f. elect. c. ſyr. de ſtæch.

Conf. *Bruel. prax. p. m.* 172. Conſerv. *ſalv.* commendat *Petr. T. I. noſolog. diſſert. ix. p. m.* 188. cum Syrup. de ſtæchade. Adde iſtud *Timæanum L. I. caſ.* 18.

℞. Elect. noſtr. cephalic. ℥iij. cons. roſ. rub. ℥j. nuc. Indic. condit. ʒvj. medull. nuc. indic. condit. ʒvj. cubeb. ʒiiß. coriand. ppt. ʒiß. oliban. ℈ij. *eſſent. ſalv.* ʒij. f. c. ſyr. de roſis q. s. elect. Sumatur veſperi ſub hor. decubitûs.

*Pilulæ.* §. 5. Univerſali corporis evacuationi inſerviunt *pilulæ Timæana L. I. cas.* 18.

℞. Extr.

℞. Extr. pilul. de hier. cum agaric., phlegmagog. an. ℈j. ☿ *deſtillat. ſalv.* gt. ij. f. c. ſyr. ſtœch. pilul. n. ix. *Pilula.*

§. 6. Evacuato corpore *ſuccus ſalv.* & majoran., vel pulv. cum ſucco betæ naribus attrahatur. *Errhinon.*

℞. ▽ verben. *ſalv.* majoran. an. ℥j. ſacch. ʒij. M. pro errhino.

Conf. *Foreſt. L. X. p. m.* 410.

§. 7. *Gargariſmus Joëlis* hic *L. I. prax. Sect. III. p. m.* 195. *Gargariſmus.*

℞. H. hyſſop. *ſalv.* rec. ros. an. Mß. paſſul. ℥j. cubeb. ʒij. Rad. pyrethr. ſem. eruc. an. ʒß. contus. coq. in ▽ & acet. an. ℔j. ad medias. Col. admiſc. Mell. ros. ℥ij. f. gargariſmus.

*Cratonis* iſte *L. VI. conſ. med.* 1.

℞. H. origan. *ſalv.* roriſmar. an. Mj. ros. rub. P. 1. pyreth. Zingib. an. ʒiß. coq. in s. q. ▽ pur. admiſc. acet. acerrimi ℥j. M. *Alius.*

§. 8. *Clyſterem* parabit *Hildesheim l. c. p. m.* 731. & *Bruel l. a. p.* 170. *cucupham Toner. L. II. obſ.* 13. *Senn. L. I. Prax. p. m.* 713. *Crato L. vj. conſil. p. m.* 528. *Gokel. conſil. med. V. p.* 53. Sufficiat unica *Timæi*: *Clyſt.* *Cucupha.*

℞. Fol. meliſs. *ſalv.* origan. majoran. an. P. 1. fl. ros. rub. ʒij. lavend. ſtæch. arab. roriſmar. pœon. tunic. an. ʒj.

thur.

thur. nuc. moſch. cinam. caryoph. gran. Kerm. an. ʒß. gummi elemi, benzoës an. ʒj. ſtor. calam. ʒij. M. pro cucupha.

*Saccul.* *Sacculum* conficiet *Hildesheim l. c. p.* 747. ſeq. *Grüling. l. a. p.* 82. Suffitum *Sennert. L. I. Prax. P. II. c.* 34. *p.* 713.

*Balneum.* *Balneum idem l. a.* & *Hildesheim. l. d. p.* 720.

*Capitis lotio.* §. 9. Pro lotione capitis in *catarrho* parat *Lixivium Grüling. l. I. pract. p.* 79. *C I. obſ.* 70. & 100. *ac Hildesheim Spicil. IX. p. m.* 749. pro *pedilavio Timeus L. I. caſ.* 18. *p.* 46. *a.* *Emplaſtr.* in dolore cervicis ac dorſi, à catarrho frigido, vid. sîs apud *Hildesheim. l. a. p.* 758.

*Pedilavium.*

*Emplaſtr.*

*Obſ. pract.* §. 10. Ipſemet in moleſtiſſimo *catarrho* cum ἀναυδίᾳ [ quo de vide, ſi vacat, & placet, *Eph. noſtr. Germ. Curios. Dec. I. Ann. III. obſ.* 60.] nobilis *ſalviæ* efficaciam evidenter deprehendi, & aliàs etiam ſemper cum levamine. In *ſimplicibus quippe Natura, in exoticis conjectura* [ ſæpius eheu! ] fallax, dicente *Plin. Lib.* XXII. *cap.* 13.

MEM-

# MEMBRUM II.
# DE AFFECTIBUS OCULORUM.

## CAPUT I.
## DE USU SALVIÆ IN DOLORE OCULORUM, VISU IMBECILLI, AQUULA ET CANCRO PALPEBRARUM.

§. 1.

A Palladis arce, quam contrà primarios ejus hoſtes *ſalviâ* munivimus, ad *κάτοπτρα τῆς ψυχῆς*, *Alex. Aphrodiſæi* voce, *ſpecula animæ*, ſeu *feneſtras Jerem. IX. 21.* *Ἡδὺ γὰρ τὸ θαυμαστόν.* *Delectabile admirabile. Ariſt.* III. *rhet.* 2. *Oculô* nihil unquam *pulcrius* fabricavit Natura, nihil *mirabilius*, nihil *artificioſius*. *Oculi* rerum optimarum cognitionem nobis ſuppeditârunt. *Unde* [ cum ſtupore *Plato in Timæo,*] *Philoſophiæ genus nobis comparavimus, quâ neque majus neque utilius bonum, Deorum immortalium beneficio atque munere, ad genus hominum pervenit, neque perveniet unquam. Hoc autem voco oculorum* ma-

*Oculorum excellentia.*

*Miſeria.* maximum *beneficium*. Verùm, ſi cenſente *Coo L.VI.epid.Sect.4.* ut *oculi* valent, ita plerumque reliquum corpus: Illi autem tot morbis, variisque ingentibus caſibus magis, quàm ulla alia corporis pars, obnoxij, judiciô *Celſi L.VI. c.6.* ut miſeriam ſuam fleant, æquum, ut erudiamus eos. Dexter tamen mihi ſalit oculus, quòd adhuc magna eorum Salus in *Salviâ* noſtra.

*Decoctum.* §. 2. Decoctum *ophthalmicum Timaeanum* in *deſcript. med. ſingul. caſib. Med. annex p. m.* 409. eximium eſt in affectu frigido:

℞. Rad. Valerian. fœnic. caryophyllat. an. ℥ß. pimpinell. enul. an. ʒij. H. euphras. cum flor. Mij. beton. puleg. rut. chelid. cùm toto an. Mß. *ſalv.* verben. an. Mß. lign. ſaſſafras. odorif. ʒj. ſem. fœnic. ʒiij. ſiler. mont. ʒij. fl. ſtæch. arab. ſalv. anth. calend. roſ. rub. cyan. an. P. 1. bacc. junip. ℥ß. cubeb. cardam. an. ʒij. Incis. & conquaſſat. coq. ex s. q. ▽ ſ.

*Lixivium.* §. 3. *Lixivium* pro capite *Cl. Timæi L.I. cas. med.* 24. hoc eſt:

℞. Sarſaparill. ℥ij. ſtæch. arab. beton. euphras. an. Mij. verben. majoran. roriſmar. hyſſop. *ſalv.* an. Mj. coq. in lixivio, quô caput lavetur. Locô ſaponis utere agaricô crudô. A

Digitized by Google

A lotione caput, tempora & frontem ▽ *cephal.* Caroli V. conſperge, ſuperinductâ *cucuphâ* :

℞. Fol. majoran. origan. beton. *ſalv.* verben. an. Mß. fl. ſtæch. arab. roriſmarin. an. P. 1. lign. ſaſſafras ℥iij. nuc. moſch. caryoph. macer. an. ℥ß. gummi elem. ſtor. calam. an. ℥j. ſuccin. alb. ℥iß. M. pro cucupha. *Cucupha.*

Et *Ranchin.* præmiſſis præmittendis, obſervatiſque diætæ legibus, *Tract. de morb. particular. ſenum Cl. I. c. V. p. m.* 558. commendat *Syrupum* magiſtralem, *opiatam*, *aquam* deſtillatam, aliamque externè uſurpandam, quas vide *ibidem*. Adde eximiam oculorum aquam à *Tilingio innex. Prodrom. prax. chymiatr. Cl. III. tit. 6. p.* 553.

§. 4. Decoctorum materia in *aquula* [quam graphice depingit *P. Ægineta L. VI. c.* 14.] eſt vinum, in quo elixa *ſalv.* rut. &c. *Sebiz. T. I. Spec. Med. Pr. P. II. Sect. V. cap. 9. p. m.* 561. *Andr. Cnöfel in faſcicul. altero medicament. ſingul. Tit. VIII. p. m.* 71. vinum promit *polychreſtum*, primariò ad *viſûs obſcuritatem, oculorumque dolorem*, ex humoribus frigidis directum, & *ſalviâ* nobilitatum, quô Sigiſmundus III., Rex Poloniæ, feliciter uſus eſt. Vid. in *Vinum.*

*append. ad Eph. Germ. Cur. Ann. VII. Adde ſîs Tîling. prodrom. prax. chym. Claſs. III. tit. 6. p. 554.* & *Plater. L. I. obſerv. p. 98.*

▽*a.* §. 5. Laudanda etiam *aqua ocularis interna Mynſichti in Armament. Sect. XIX. p. 297. Dorncreil. in diſpenſat. P. II. c. 2. p. m. 27. Sennert. L. I. Prax. P. III. Sect. 2. c. 44. p. m. 873.* ſeq. *Becker Med. Microcoſm. L. I. c. 9. p. m. 52. Quercet. c. VII. Pharm. dogmat. reſtitut. cujus* formulam etiam dabit *Scharf.* de *Juniper. c. VIII. p. 13. Grüling. L. I. prax. P. II. c. 2. & Cl. Hofmann. in theſaur. Pharmacent. S. I. p. 7. Timæus in epiſt. p. m. 441.*

§. 6. *Elect. è Tiling. l. c. p. 553.* tale:

*Elect.* ℞. Rad. enul. condit. myrob. chebul. cond. an. ℥ß. piper. long. caryoph. an. ʒij. macer. galang. Zingib. cubeb. an. ʒj. fab. marin. præp. ocul. lucior. H. euphraſ. puleg. chamadr. fl. tunic. anth. an. ℈ij. ſem. ſiler. mont. fœn. an. ʒß. anis. petroſel. apii, aneth. ſaxifrag. alb. an. ʒj. Pulveris. M. cum ſacch. alb. ℥vj. in ſpirit. junip. & ſucc. depurat. *ſalv.* rut. chelid. hyſſop. an. q. s. & ad juſt. conſiſt. coct. f. elect., cui adde ☍ ſtill. cinam. nuc. moſch. an. gt. XV. Dos. mane & ſerò quantit.

Digitized by Google

tit.nuc. caſtan. Conf. *Hofmann. in clave Schröder.pag.* 53.

§. 7. *Pulveres* vid. apud *Grüling. C. VI. obſ.* 51. & *l.c.p.* 95. *Senn. l. a. p.* 873. & 885. Militi Flandro, qui *apertis oculis duo ſemper cernere* videbatur, *fotum* è *ſalv.* cum ſucceſſu applicuit *Foreſt.* L.XI.*obſ.* 39. Qui etiam juvenem ex largiori vini uſu in dolorem & rubedinem oculorum lapſum, reliquis non neglectis, ita reſtituit: *Pulv. & Fotus.*

℞. Cort. rad. cich. fœnic. an. ℥ß. fumar. Mij. beton. Mj. acetos. *ſalv.* euphras. an. Mß. ſem. anis. ʒij. coriand. præp. ʒj. fol. ſenn. ℥iß. ſem. ſiler. mont. ʒß. uvar. paſſar. ab arillis repurgat. P. 1. prun. damaſcen. n. ix, coq. in ℔iij. ▽ s. ad mediet. ſtent per ♂, mane Col. cum expreſs., add. cinam. ʒj. ſacch. q.s. pro edulcoratione.

§. 8. In *cancro palpebrarum* hanc commendant potionem: *Potio.*

℞. Rad. vincetox. tormentill. ſerpentar. ſanicul. an. ℥iß. valde bon. *ſalv.* an. ʒj. inf. hor. xiv. in cerevis. Coq. & Col. doſ. manè & veſperi cochl. iv. *Sennert. l. c. p. m.* 761.

## CAPUT II.
# DE USU SALVIÆ IN SUFFUSIONE.

§. 1.

*Miſeria cœci.* QUàm miſer homuncio *cæcus* ſit, in *Tobia Seniore* videmus, cui licèt Angelus ſalutem & gaudium precaretur, ille tamen cum ſuſpirio: ah! quid mihi cum gaudio, *qui in tenebris* ſedeo, lumine cœli orbatus *c.V.*12.*ſeq.* Benè tamen, quod & cœcos *oculare* queat *ſalvia*, ut ita cum B. *Cypriano tract. iv. de van.idol.* loquar.

*Decoct.* §. 2. *Decoctum* præparans & concoquens vid. ſîs apud. *Foreſt. L.XI. obſ.* 30. *Vinum* dabit *Plat.L.I.obſ.p.m.*98. *Vinum.*

℞. H. rut. fœnic. euphras. verben. chelid. an. Mj. ſummit. roriſmar. *ſalv.* fl. ros. an. P. 1. bacc. junip. ℥vj. laur. ℥ß. caryoph. piper. an. ʒj, cinam. ℥ß. lign. aloës ʒß. ſem. fœnic. ʒij. ſiler. mont. ʒj. rut. ʒß. inf. in vin. generoſ. & deſtill.

*Elect.* §. 3. Mirabile *electuarium* ad viſum recuperandum proſtat apud diligentiſſimum *Hofmann.* in *clave Schröderian.p.*53. & eſt hoc:

℞. Sem. fœnic. meliſs. chelidon. fl. bryon.

bryon. an. P.iiij. cinam.H. anth.euphras. puleg. aneth. croc. gr. junip. hyſſop. an.ʒij. fl. ſiler. mont. *ſalv.* menth. beton. chamædr., rad. chelid.cumin.anis. petroſelin. artemis. an.ʒj.rut.cardamom. liquirit.majoran. verben. an.Mj. pulveris. add. ℔xij. mell. deſpumat. alb. f. elect. Correctum habet laudatus *Hofmannus. Elect. opticum Mynſicht l. a.p.*231. ſuccô *ſalviæ* vix commodè carere poteſt.

# MEMBRUM III.
# DE AFFECTIBUS AURIUM.
## CAPUT UNICUM.
## DE USU SALVIÆ IN TINNITU AURIUM, AUDITU GRAVI ET SURDITATE.

§. 1.

Ruſticus XL. annorum à ſeptem ſeptimanis acerbiſſimis capitis doloribus miſerrimè afflictus, cum *tinnitu* fere *perpetuo aurium* & depravato auditu, per octiduum uſus eſt decocto:



Digitized by Google

*Decoctum.* ℞. Decoct. acori ℥j. *H. ſalv.* beton. hyſſop, roriſmar, an. Mj. fl. lavend. ſerpill. anth, ſtæch. an. P. 1. bacc. laur. junip. an. ℥ß. ſem. nigell. anis. an. ʒij. incis. & cont. coq. in cerevis. Col. doſ. ℥iiij.

Auribus indidit bombacem unâ ſeu alterâ guttul. ol. ſuccin. madidam, ſumtis tamen priùs pilulis ex extr. pil. coch. ʒß. diagrid. gr. ij. 🜕 anis. majoran. an. gt. j. f. pil. n. IX. c. 🜄 *ſalv.* Quibus remediis integrè convaluit. *Grüling. C. VI. obſ. 7. Conf. L. I. epiſt. Timæi epiſt. 19.*

*Mixtura.* §. 2. *Mixtura Timæana L. I. cas. 31.* efficaciſſima:

℞. 🜄 meliſs. beton. fœnic. ſerpill. hyſſop. an. ℥iij. cephal. noſtr. ℥iv. ſyr. aperit. Mindereri ℥iij. de beton. ſtæch. hyſſop. an. ℥ij. eſſent. roriſmar. *ſalv.* an. ʒij. M. *Conf. Grüling. C. I. obſ. 47. Plat. I. a. p. 118.*

🜄 *a.* §. 3. *Aquam Sennerti* vide *L. I. Prax. P. III. Sect. 3. c. 7. p. 919. Mindereri* acuſticam parvifacio, niſi juxta *Zvvölferi animadvers. in append. p. m. 39.* correcta ſit. D. *Belzeri* aquam dabit *Birling. in append. ad C. I. Advers. Cur. p. 33.*

*Vinum.* §. 4. *Vinum* medicatum D. *D. Joh. Michaël.* in hoc affectu olim tale:

Digitized by Google

℞. Fol.beton.*ſalv.*nob. lavend.an.Mj. origan. ſerpill. fl.lil.convall. ſtæch. arab.ſpicæ an.P.vj. ſummit. verben. majoran. an. P. v. ſem. raphan. ʒj. cumin. fœn.an.ʒß.cinam.ʒij. Incis. & cont.M.

§. 5. *Syrupus Foreſti* hic *L.XII.obſ.*12. *Syrup.*
℞. Cort.rad. fœnic.℥j.rad.acor.ver.℥ß. ſampſuci,ſalv.beton. hyſſop. meliſs. an. Mj. fl. anth. ſtæch. an. P. 1. fol. laur. Mß. cicer. rub.℥ß. coq. in ▽ beton.*ſalv.* an q.s. ad ℔iß. Col. admiſce ſyr. de byzant., calaminh., oxyſacch. comp., de ſtæch. an. ℥j. aromat. cum pulv. cinam. elect. ʒiß.ſp. diambr. ʒß. f. ſyrup. pro V. doſib.

§. 6. *Electuarium* ejus *l. c.* ℞. ther. venet.℈ij.ſeu mithridat.ʒj.*cons.fl.ſalv. anthos.an.*ʒiß.M. *Morſuli Plateri* hi *L. I.obſ.p.m.*113. *Elect.* *Morſuli.*
℞. Nuc. moſch n.ij. rad. pyreth.ʒj. *f. ſalv.* majoran. lavend.anth. ſem.nigell. an.ʒß. cinam.ʒij. caryoph.ʒß. diam. dulc. ʒß. ſacch. in s. q. ▽ origan.diſſol.f.morſuli.

§. 7. *Gargariſmus Cratonis*,præmiſſis tamen univerſalibus,optimus: *Gargariſmus.*
℞. Roriſmar.origan. *ſalv.*rut. an. Mß. ros.rub. P.ß rad. Zingib. incis. ʒiß.

pyrethr. ℥iij. coq. in ℔ij. ▽ ad mediet. Col. add. acet. roſac. acerrimi ℥j.d. Vid. *L.IV.conſil.2.p.16.*

*Fotus & ſacculi.*

§. 8. *Fotus & ſacculos* concinnabit *Sennert. l.c.p.m.* 911. *Foreſt. L. XII. obſ.*14. *Greg. Horſt.l.c.p.*57. *Grüling. L.I. Prax. P.III. c.*1.*&* 2. *Ranchin. de morb. part. ſenum Claſs. I. c* 6.*p.m.*560. *Plater. L.I.obſ.p.*111.*&* 116.parat ſic:

℞. Rad. ireos, imperator an ℥ß. H. *ſalv.* roriſmar. majoran. thymi, laur. fol. an. Mß. ſem. carv. ℥ß. bacc. laur ʒvj. conquaſs. coq. in vin. pro ſuffitu & fotu auribus excipiendo.

*Stillicidium.*

§. 9. *Stillicidium* elegantiſſimum *Timæi L.I.cas.*31.

℞. Lixivii ex cineribus junip. ℔ LX. extinguantur in his laminæ argenteæ novem plus vicibus repetendo, adde 🜍is ℔iß. Sal. gemm. ℥iij. coq. ad perfect. ſolution. Col. add. fol. laur. Miiij. roriſmar. origan. rut. ſerpill. agrimon. malv. cum tot. an Mj. fl. ſtæch. arab., lavend. *ſalv.* lil. convall. an. Mj. chamomill. melilot. an. Miß. rad. alth. ℥j. ſem. lini ℥iß. fœn. gr. carv. aneth. an. ʒvj. bacc. laur ℥iß. coq. in vaſe duplici. Col. pro uſu Serv.

*Pulvis.*

§. 10. *Pulvis pro ſuffitu* per infundibu-

dibulum excipiendo *Ranchin.l.a.p.* 560. hic:

℞. Styr.calamit.ladani,benzoin.an.℥ij. thur. maſtich. bacc. laur. & junip. contus.an.℥j. ſummit. majoran. lavend. anth.*ſalv.* abſinth. an. Mj. fl. anth.ſalv.ſtæch.an. P.1.f.pulv. craſſior.

Poſt ſuffitum immitte in aures guttulas aliquot balſami ab eodem l. c. præſcripti,quem sîs vide. *Wirſung, P.I.c.9.*§.9.pingued.anguill.c.*ſucc. ſalv.* auri inſtillat, laudat in gravi auditu.

§. 11. Tandem ingrediemur balneum ex *ſalv.* origan. chamomill. &c. confectum. Cetera pete ex ſuperioribus, & transfer huc, ſi meretur, obſervat.noſtram in *Lagograph. curioſa* annotatam *Sect. II. c. 21.* non quidem in *præconium* noſtrum, ſed in *uſum aliorum*, monente *Seneca L.I. de tranquillit.anim. c.1.* Hiſce remediis Pl. Rev. Dominum *Chriſtianum Gotterum*, Superintendent. *Wangenheimenſem*, Amicum veterem & colendum, fauſtè reſtituimus, & nuper alium bonum Juvenem. Spectant huc etiam ὠτικὰ φάρμακα ἔξω, apud Illuſtrem *Rolfincium*,

*Balneum.*

*Obſ.pract.*

*cium, ſalviâ* noſtrâ aucta, in *Med. Comment. ſpecial. L. VII. Sect. II. c. 6. p. 666.*

*Alia.* §. 12. Nobiliſſimi Domini *Wilhelmi Ludovici* ab Harſtall, fautoris honoratiſſimi, filiæ, diu moleſtô aurium tinnitû, & gravitate capitis vexatæ, ex legitimo *ſalviæ*, &, quæ ex ea parabantur, remediorum uſu optatiſſimum ſensêre auxilium. In quàmplurimis aliis nobilem *acutæ ſalviæ* uſum nunquam infauſtè deprehendimus, ut minimè opus eſſe cenſeam ex *Adverſariis* noſtris heîc allegâſſe exempla.

# MEMBRUM IV.

# DE AFFECTIBUS NARIUM.

## CAPUT UNICUM.

## DE USU SALVIÆ IN OBSTRUCTIONE, ULCERIBUS, POLYPO, ET HÆMORRHAGIA NARIUM.

§. 1.

*Decocta.* IN *obſtructione narium* admodum diuturna cum variis ſymptomatibus hoc *decoctum* præſcripſit *Foreſt.* cum errhino, lau-

laudabili ſucceſſu *L. XIII. obſ.* 9.

℞. Beton. virid. Mij. cap. ♀. chamædr. fumar. ſummit. lupul. agrimon. *ſalv.* bugl. borrag. an. Mj. fl. ſtæch. cordial. an. P. 1. anth. Mß. rad. cichor. dent. leon., fœnic. apij, aſparag. an. ℥ij. ſarſaparill. ſelect. ℥iiß. hagioxyli cum cort. limat. ℥iß. rad. chin. ℥iij. bacc. laur. ℥ij. uvar. paſs. enucleat. ℥j. uvar. corinth. ℥ß. inf. in ℔viij. ▽ puriſs. Macerent. per ♂. tunc coq. in duplici vaſe ad ℔iij. Col.

Supra reſiduum projice ▽ pur. ℔viij. & coq. ad ℔v. aromat. c. ℥ij. cinam elect. pauco adjecto ſacchar. alb. pro grato ſapore & f. potio ſecunda.

§. 2. *Errhinum* autem hoc: *Errhinum.*

℞. Succ. bet. alb. ℥iv. ſucc. majoran. ℥ij. fol. rut. ℥j. ▽ *ſalv.* ℥ß. depurent. leniter, ebulliendo c. exiguo melle f. naſipurgium.

Attrahatur portio aliqua manè jejunô ſtomachô in vola manus poſitô ſucco quodam, qre cereviſiâ ſeu aquâ repleto, ne per palatum regurgitet.

§. 3. Obſtructos à *catarrho frigido* nares D. *Timæus L. I. caſ.* 18. ſeq. inunxit *balſamô.* *Balſam.*

℞. Pin-

℞. Pingued. anſerin.c. ▽ majoran.ter lot, ℥ß.ol. ſtillat.majoran.gt.v.*ſalv.* beton.an.gt.iij.M.f.balſam.

*Aqua.* §. 4. Efficax etiam ▽ hæc non ſolùm *ozænis*, ſed omnibus *narium & oris* fœtidis ulceribus apud *Senn. L. I. prax. P. III. Sect. IV. c* 1. *p.* 932.

℞. Mell.roſac.℥ij. ☿is vivi, alum.crud. an. ℥j. alb. græc. ſummit. ſabin. an. ʒß.ſpong.ſamb.ʒj.f.hyperic.rut.roriſmar. plantagin. *ſalv.* puleg. an. Mß. coq. in vin. & aquæ ℔ij. ad digit. tranſverſi conſumtion., ſub fin. add.ærugin. æris ℥j.& relinque, donec refrixerit. Poſtea Col. S. ad uſum.

In *Polypo* non *exulcerato Salviâ* etiam utebatur *Horſtius L. II. obſ. c* 27. exemplô *Aet. c.* 92. *ſerm.* 2.

*Epithema.* §. 5. In *hæmorrhagia narium* Cl. *Petræus Vol. I. diſſert harmon.* XII. *p. m.* 232. inter alia etiam commendat *fol. ſalv.* trita, cum acet. fronti impoſita.

*Obſ. pract.* Novi puerum ruſticum, cui in *deploratata narium hæmorrhagia* vetula emplaſtrum ex ſtercor. ſuill. cum acet. dilut., immixtâ *ſalviâ* & plantagine, bonô cum ſucceſſu circa collum poſuit.

*Alia.* Habebat ruſticus *ulcus* quoddam fœtidum in *nare ſiniſtra*, quod, purgatô

tô prius corpore, crebriùs lavabat aquà Veronicæ & *ſalviæ*, idque brevî perfectè ſanavit, ut nuper adhuc mihi ingenuè faſſus eſt.

# MEMBRUM V. DE AFFECTIBUS LINGUÆ.

## CAPUT I. DE USU SALVIÆ IN SICCITATE ET INFLAMMATIONE LINGUÆ.

### §. 1.

RAtionem & orationem tantùm obtinet *ſanctius* iſtud animal, *mentiſque* capacius *altæ*, *Ovid. I. Met. f.* 2. Τολμηροτάτης τῆς φύσεως ἄγαλμα, *audax illud Naturæ miraculum*, homo, dos & gloria brutorum *ſenſus*, quod prolixiùs evici *S. I. c.* 2. *cynograph. meæ*. Loquelæ autem organum *lingua*, ſic dicta, quòd per articulatos ſonos verba *liget*, *Iſidor. L. XII. orig. c.* 1. At quàm crebrò etiam ſuos patitur manes, ut munere ſuo fungi neſciat. Adeſto igitur *Salvia*, & inſpira languenti ſalutem!

§. 2.

Digitized by Google

*Gargariſmus.* §. 2. *Linguæ ſiccitatem* & incipientem *inflammationem* in matrona nobili, febre continuâ decumbente, hoc *gargariſmo* profligavit *Horſt. L. I. obſ. 28. p. m. 51.*

℞. ▽ prunell. plantag. fl. liguſtr. an. ℥ij. *ſalv.* ℥ß. rob nuc. mell. roſ. an. ʒiij. nitr. præp. ℈j. M.

*Alius.* In pauperculis *guſtum imminutum* in angina & reliquis oris, linguæ, fauciumque affectibus, ſeq. *gargariſmo* crebriùs fauſtè reſtitui:

℞. Malv. hort. Mj. fl. roſ. rub. prunell. veron. *ſalv.* an. M. ß. rad. pol. querc. ʒij. coq. in ▽ prunell. ℔iiij. & acet. vin. ℥vj. uſque ad caſum tranſverſi pollicis. Colat. leniter exprim. & d.

*Alius.* §. 3. Ad lentorem linguæ fauciumque abſtergendum inſervit ſequens *gargariſmus* apud *Senn. L. IV. de febrib. c. 18. p. 578.*

℞. Hord. integr. *ſalv.* hyſſop. an. Mß. caricar. n. vij. coq. in s. q. ▽ pur. & in decoct. ℔ij. diſſolv. ſyr. acet. ſimp. ℥iij. [vel oxymell. ℥ij.] M.

## CAPUT II.
## DE USU SALVIÆ IN PARALYSI LINGUÆ, ET LOQUELÆ AMISSIONE.

§. 1.

Digitized by Google

§. 1.

LIcet ſuprà *Membr. I. c.*xij. multa huc facientia ſincerè innexa ſint,paucula tamen hîc adjiciam. *Sennert.l.c.p.m.*790. exhibet paſtillos:

℞. Nuc.moſch.ʒj.caſtor. ʒij.*f. c. ſuco.* *Paſtilli.*
*ſalv.*paſtilli lupinor.form.detineantur in ore.

§. 2. *Hildanus C. VI. obſ.* 14. puellam ſeqq.feliciter reſtituit. *Fotus.*

℞.Fl.beton.*ſalv.*anth. prim. ver. hyperic. cent. min. ros. tub.ſummit. majoran. ivæ arthet. an.Mj. bacc. junip.℥ij. Concis.& cont.d.ad ſaccul., quô in ▽ coct collum fomentetur.
Poſtea ℞. ▽beton prim.ver. *ſalv.* lavend.an.℥ß. ſp.junip. ſine vino fact. ℥j. ther. opt. ʒij. M.inungatur collum.

*Gargariſmum* parabis cum *Foreſto L.XIV. obſ.*32. ex decoct.hyſſop. *ſalv.* rad.cappar. pyrethr.origan.fic.&c. *Gargariſmus.*

§. 3. *Aquam* efficaciſſimam, ſæpiùs in ore detinendam, quâ puella IV. annorum, quæ poſt morbillos loquelæ uſum amiſit,fauſte reſtituta eſt, habet *Birling.C.I.Advers.Curios.c.*49. *Aqua.*

℞. ▽ apoplect. ℥j. beton. lil. convall.



Digitized by Google

prim. ver. *ſalv.* an.℥ß. ſpirit. ceras. nigr. eſſent. caſtor. an.ʒij. M.

*Mixtura.* Aliam *mixturam* dabit in *append. p. m.* 8.

℞. ▽ *ſalv.* ℥j. leucoi lutei ℥ß. epilept. Lang. ʒij. ♁ ol. gt. vj. ☍ ſuccin. gt. iij. rut. gut. ij. M.

Poſſunt etiam *fol. ſalv.* in ▽ lavend. tantùm macerari, & ſub lingua detineri. Vel:

℞. ▽ vit. Mens. j. bacc. junip. Mij tund. & inf. in ea per ʒ. ρ poſt. col. dein imponant. *fol. ſalv.* puleg. naſturt. croc. an. ʒj.

*Sebiz. T. I. Med. pract. Spec. P. II. Sect. iv. c. 17. p. m.* 483.

*Apozema purgans.* §. 4. Prò puella, ex ſubitaneo terrore *aphona* & *paralytica*, *Gokelius noſter Conſil. med.* 57. *p.* 542. *ſeq.* præſcripſit apozema purgans:

℞. H. roriſmar. *ſalv.* beton. meliſſ. majoran. an. Mß. rad. ireos fl. pœon. calam. arom. an ʒij. galang. min. ʒi. flor. ſtæch. paralys. an. P. 1. bacc. junip. laur. an. ʒj. Rhabarb. ver. ʒiij. fol. ſenn. el. ʒj. Gialapp. agar. trochiſc. pol. q. an. ʒij. helleb. n. ppt. ʒj. cinam. opt. ʒj. ſcob. lign. ſaſſafr. ℥ß. ♀ alb. crud. & pur. ʒij. anis. fœn. an. ℈j. Concis. & cont. includ. ſaccul.

ex

Digitized by Google

ex lind. alb. coq. in ▽ & vin. alb. quartarijs V. Doſ. quotidie mane jejunô ſtomachô ℥iiij.

§. 5. Adde *elect.* Ejus confortans pro eadem l. c. p. 543. *Elect.*

℞. Cons. ros. ant. ℥j. *ſalv.* majoran. an. ℥ß. Conf. alch. incomp. ℈ij. ſpecier. contrà apoplexiam incis. diamb. an. ℈j. ſyr. fl. tunic. ℥ß. M. f. elect. doſ. quant. avellanæ.

§. 6. *Trochiſci Sebiziani l. a.* *Trochiſci.*

℞. Caſtor. hyſſop. *ſalv.* caſs. lign. cinam. an. ℈j. f. pulv., qui cum melle roſ. aptetur in trochiſcos.

Anus quædam ſubitò *loquelam* omnimodam amiſit, ſubſequente ſumma deglutiendi difficultate, ſolô gargariſmô ex decoct. *ſalv.* in vino, & continendo in ore ▽ vit. infus. thym. feliciter reſtituta eſt, *Plat. L. I. obſ. p. m.* 209. In ſumma raucedine, & clarioris *loquelæ* amiſſione, à frigore contracta, euporiſton iſtud *Hofmannianum L. I. M. M. c.* 19. *p.* 307. proficuum expertus ſum: *Gargariſmus.* *Alius.*

℞. Fl. pæon. lil. convall. lavend. *ſalv. cruciger.* tiliæ, roriſmar. beton. an. P. iij. incis. coq. in cerevis: add. in fin. aq. ceras. nigr. f. Gargariſmus.



Digitized by Google

# MEMBRUM VI.
# DE AFFECTIBUS FACIEI.
## CAPUT I.
## DE USU SALVIÆ IN TORTURA ORIS.

*Faciei eminentia.*

Eſt facies [ ut ore loquar *Sebiziano T.I. ſpec. med. Pract. P.II. Sect.3.c.1.*] quaſi quoddã *theatrum*, *tabella*, *imago*, & *ſpeculum morum & affectuum animi*, *ætatis*, *ſexûs*, *ſtirpis*, *ſanitatis*, *ægritudinis*, *vitæ & mortis*. Nam in *facie* elucent ſigna *verecundiæ*, *humilitatis*, *humanitatis*, *amoris*, *hilaritatis*, *ſuperbiæ*, *ſeveritatis*, *iracundiæ*, *odij*, *mœroris*, *triſtitiæ atque timoris*. Eſt *facies* ætatis index, quia *vivida & florida* cernitur ætatibus *primis*, *pallida*, *rugoſa*, *macra* & *tetrica* in *ſenectute*. *Facies* ſexum prodit *virilem*, quoniam ſiccior, durior, ſeverior, pilis & barbâ prædita: *femininum* verò, quia venuſtior, mollior, tenerior, nitidior, amabilior, blandior & glabra. Eadem *facies* ſtirpis ſive generationis familiæ eſt nota, quo-

Digitized by Google

quoniam αὐτοψία docet, poſteros & liberos ſæpenumero avos, proavos, & parentes repræſentare, vultû ac facie. *Sanitatis* index eſt, ſi ſit bene colorata, probè formata, & mediocriter carnoſa. *Ægritudinis* contrà τεκμήριον, quæ huic in colore, figura & craſſitie ac tenuitate contraria. *Vitam* pollicetur in ægrotantibus, ſi ſanorum faciei ſimilis ſit; ſin autem huic planè contraria, admodum terribilis & formidabilis erit.

§. 2. Quàm fœdè tamen in *diſtortionis* illa figura, quæ *irati canis rictum* exprimit, vitietur, notum eſt conſtatque inter omnes. Sed abi ad *Salviam* & pete remedia. *Aqua Langiana L.I. epiſt.* 1. hûc facit, & aliæ in paralyſi & convulſione deſcriptæ. *Syrupus Foreſti hic L.X. obſerv.* 124. *∇a.* *Syrup.*

℞. Oxymell. ſimpl. ſyr. è ſtæch. mell. ros. col. an. ℥ß. ∇ beton. *ſalv.* hyſſop. an. ℥j. M. alium porriget obs. ſeq.

*Elect.* ejus hoc: ℞. Cons. fl. anth. *ſalv.* mithridat. an. ʒiß. caſtor. theriac. opt. an ℈j. oxym. ſcyllit. ℥j. M. *Elect.*

§. 3. *Gargariſmum* paravit ſic:

℞. *Salv.* majoran. origan. hyſſop. thymi an. Mj. ſem. ſinap. alb. ʒiß. coq. in aq. *Gargariſmus.*

s.pr.℔j. oxym. ſimpl. ſcyllit.an.℥iß. f.gargar. *Clyſter* ſit talis; *Birling. l. a.p.*77.

*Clyſt.*

℞. Rad. pœon. caryophyllat.an.℥j. *H. ſalv.* beton. cent. min. roſmar. an. Mj. fl. anth. lavend. lil.convall. an. P.1. ſem. cartham. in pet. ligat.ʒvj. agar. in pet. ligat. ʒiij. coq. in s.q. ▽.s. Col. ℞. ℥x. in qua diſſolv. elect. hier. picr. c. agaric. ℥j. ſal. rut. ʒß.extr.caſtor.gr.vj.f.clyſt.

*Lixivium.*

§.4. *Lixivium* coxit *Sennertus L.II. Prax. P.I. c.*8. & *Timæus L.I. caſ.*39.

℞. Fl. ſtæch. arab. *ſalv.* lavend. an. Mj. fol.rut.laur.beton.roriſm.majoran. an. Miß. coq. ex lixivio è cinerib. junip. præp.

Inter lavandum caput fricetur *agarico* crudô.

*Unguent.*

§. 5. *Unguentum Röſleri* hoc;

℞. Ol.vulp.ʒiij. coſt. ʒiß. chamom.ʒj. caſtor. ℈ß. *ſalv. deſtillat.* gt.iij. M. pro unguento.

Vid. *Ephem.Germ. Curios. Ann.*III.*obſ.* 332.*Decur.*I.

*Fotus.*

§. 6. Aut foveatur pars affecta ▽ *ſalv.* roriſmar.lavend.*ibid.*

Vel; ℞. pulicar. H. paralyſ. origan. calaminth. fol.laur.rut. anth. an. Mß. fl.ſtæch. *ſalv.* ſambuc. an. P.1. rad. pyetrh.℥j.f.ſaccul.

CA-

# CAPUT II.
# DE USU SALVIÆ IN VARIS, PHLEGMONE, ET ALIIS FACIEI VITIIS.

§. 1.

DIgerentibus & diſcutientibus *varos* immiſcemus fol. *ſalv.*, monente *Sebiz. l.c. p.* 417. in *phlegmone* faciei ſiniſtri lateris, cum ſpaſmo cynico & ſuffocationis periculo, pro corporis evacuatione, vid. sîs *vinum* medicatum apud *Gokel. l.c. p.m.* 432. *ſalviâ* nobilitatum. *Vinum.*

§. 2. Nob. D. *Franciſci Guilielmi* à *Steinhaus* conjux, athleticè ſibi viſa valere, unicâ nocte, ſtupentibus omnibus, in tota *facie*, cruſtâ inſigniter obductâ, cum eminenti capitis tumore, fit ſcabioſa. Monſtrum dixiſſes, ſi vidiſſes honeſtam feminam. Subitò imperavi V.S., alterô die potionem purgantem, immiſtâ *ſalvia.* Et facta denuò eſt bella metamorphoſis, cruſtis decidentibus. *Obſ. pract.*

§. 3. *Erneſt. Schmizmann*, Canonicus, è bilioſis & phlegmaticis humoribus quaſi compactus, malæque & inordinatæ diætæ ſtudioſus, ſentit in dextra faciei parte catarrhum cum ma- *Altera.*



Digitized by Google

gna inflammatione. Parum æſtimati malô interim creſcente. Dedi purgans. Largiter evacuatus ἄνω ϗ κάτω. Tumor tamen auctus ſuffocationem minabatur. Applico veſicatorium, do diaphoretica, & pro materia, per ἐπίκρασιν exantlanda, vinum medicatum, *Salviâ* nobile. Πάντα καλῶς. Ipſi tumori impoſui empl. de melilot., & diach. c. gumm. Vigon. & gumm. ammon. in acet. ſol. Leges verò diætæ admodum neglectæ *Schmizmannum* è ſcylla in charybdin detrudebant. Tumor enim nunc degenerabat in malitioſum ſcirrhum. Denuò purgatum impuriſſimum corpus, impoſito tumori cerat. de ammon. *Foreſti* à *Zvvelfero* correct. & ſenſim emollitus eſt, ferrôque apertus fœtentem eructavit materiam. Deniquè diætâ ſeveriùs injunctâ, reliquas impuritates expuli hôc vinô:

℞. Fol. chelid. maj. beton. *ſalv.* marrub. alb. an. Mj. Rad. cichor. polyp. q. helen. bryon. an. ℥ij. fl. ſalv. bugloſs. an. P. ij. ſummit. cent. min. abſinth. an. P. 1. bacc. junip. ℥j. ſem. fœnic. anis. an. ʒij. Fol. ſenn. alex. s. ſt. ℥ij. agar. recens trochiſcat. rhab. an. ʒiij. crem. ♀i. nodul incluſ. ℥j. Myrob. chebul. ℥ß. cort. citr. ʒiij. Incis. & cont. D.

MEM-

# MEMBRUM VII.
# DE AFFECTIBUS ORIS.
## CAPUT I.
## DE USU SALVIÆ IN APHTIS.

§. 1.

Singulis diebus ter quaterque confricentur *aphtæ* fol. *ſalv.* virid. *ſalv.* in aq. prius ablut., & deinde vino rubro imbut. *Joël Lib. IX. Prax. Sect. III. p.* 507. *Sennert.* habet *gargariſmum L. II. Prax. P. I. c.* 18. *p. m.* 68. *ſeq.*

℞. Prunell. plant. caud. equin. *ſalv.* an. Mj. R. tormentill. acor. lut. ſtipit. uvular. n. iij. fl. malv. arbor. ros. an. Mß. coq. in vin. rubr. & ▽ ad remanent. ℔iß. Col. s. ad uſum. *Gargariſmus.*

§. 2. Nobilis puellus vix biennis in *faucibus & lingua* quàmplurima habebat *ulcuſcula candida*, maximè *dolorifica*, cum ſumma inflammatione, ut omnes dies noctesque, ſine potu ac cibo, lachrymas inter conſumeret. Dederat mater ei *Theriacæ* cœleſtis *Ha-* *Obſ. practica.*

*novienſ.* ferè granulum , cum tribus granis lap.bez. orient. Quô remedio in ſomnum lapſus ſuaviſſimè quievit per totam noctem. Porrò *ſpongias ſambuci* in aq. fabrorum ferrariorum & *Salviæ* infuſas pro collutione oris uſurpabat, optato cum ſucceſſu.

*Alia.* §. 3. Alia recentia *folia ſalviæ*, in ſummitate decerpta , in *oleo raparum* macerabat , iisque poſtea *aphtas* crebriùs fricabat. Equidem *oleum* iſtud præſentiſſimum & tutiſſimum remedium, etiam experientiâ Exc. *D. Hannemanni*, Curioſorum *Neſtoris II* Collegæ & Amici honorandi, *Dec. I. Eph. Cur. Ann. IV. obſ.* 82.

## CAPUT II.
## DE USU SALVIÆ IN FOETORE ORIS.

§. I.

*Aqua.* INter ſpecifica contrà hanc mephitim numeratur *Salvia.* ∇m, defluxum ad dentes inhibentem , ab odontalgia & ſcorbuto præſervantem , anhelitumque gratum conciliantem è *Matth. Martini* citat *Mollenbroc. de cochlear. c. xxi. p. m.* 135.

*Pulv.* Pulv. communicabit *Birling. l. c. p.* 102.

Iſ.

℞. Menth. criſp. pulv. ℈j. fol. *ſalv.* ʒß. M. doſ. ℈ß. ad ℈ij. c. pane in vino madefacto jejunô ſtomachô.

§. 2. Idem *Pegaſus* ex *Foreſto* hoc commendat *linimentum* ad gingivas malè olentes, putidas, mucoſasque ac ſanguifluas & flaccidas, quô ſœpe fricari debent:

*Liniment.*

℞. *Salv. exſiccat.* & pulv. ʒij. alum. ℈ß. c. ſucc. cochlear. beccab. & ſ. q. mell. f. linim.

§. 3. Aut colluatur os *aq. ſalv.* roriſmar. menth., cum acet. ſcyllit. Excel. D. D. *Georg. Francus*, Elect. & inclytæ Univerſit. *Heidelb.* Pro-Cancellarius, inque ea Prof. ſuæ Facult. primar., Elect. Trevir., Ducis Würtenb. & Marchion. Badenſ. Archiat., C. P. Cæſ., Curioſum ARGUS, Fautor, Collega & Amicus magni ſemper æſtimandus, in diſp. ſua inaugurali [quam ſis vide in *Med. Septentrionali Cl. Bonetti Vol. I. L. II. Sect. xvi. c.* 1. contra *fœtorem oris* haſce divulgat pilulas:

℞. Caryophyll. galang. nuc. moſch. macis, cinam. an. ʒiß. myrrh. el. aloës an ʒij. ſampſuch. ſicc. *ſalv* an. ʒj. moſch. ambr. caphur. an. ℈ß. cum vin. f. pilul.

*Pilulæ.*

Devora unam quotidie, & alteram ore detine.

MEM-

Digitized by Google

# MEMBRUM IIX. DE USU SALVIÆ IN AFFECTIBUS DENTIUM.

§.

## CAPUT I. IN DENTIUM CORROSIONE ET MOBILITATE.

§. 1.

*Gargariſmus.* OCcurrit gratus *Joëlis L. II. Pract. Sect. vi. p. m.* 248. *gargariſmus:*

℞. Herb. verben. veron. *ſalv.* hyſſop. an. P. 1 caryoph. rad. irid. illyr. an. ʒj. ſpic. ind. maſtich. an. ℈j. concis. & cont. coq. in ℔j. vin. rub. ad tertias, Colat. tepidâ dentes abluantur.

Poſt ablutionem *pulv. Joël.* dentium cavitati inſere, ut præſerves eos ab eroſione, & gratum concilies halitum.

*Aqua.* §. 2. Utilis etiam ſeq. *aqua* apud *Sennert. L. II. Prax. P. I. c.* 10. *p.* 30.

℞. Fol *ſalv.* roriſmar. an. Miij. menth. chamæp. an. Mij. schænanth. Mj. cort. cit. ℥j. lign. aloës cyper. rot. an. ʒij.

Con-

Concis. aff. ▽ fl. prunell. periclymen, ros. an. q. s. vin. cydon. ℔ ß.
Stent per 3. ℘ in infuſ., deinde deſtill. in MB., in fin. add. moſch ℈ß.

§. 3. Commendandus quoque *gargariſmus* de acacia *Mynſicht. in armam.* ejus *Sect. xxvi. p. m.* 406. *Gargariſmus.*

℞. Acac. opt. & recent. ℥ß. nuc. cupreſs. balauſt. malicor. an. ʒij. H. majoran. hyſſop. *ſalv.* an. ʒiß. Rad. ireos fl. alum. an. ʒij. gland. ros. rub. an. ʒß. bulliant in vin. rub. & ▽ fol. querc. an. q. s ad tert. Col. ℞. ℔iß. rob. nuc. ℥ij. ∾ ⊕ li ℈j.

*Grüling. C. III. obs.* 81. *& Lib. I. Prax. P. IV. c. X p. m.* 143. hunc habet: *Alius.*

℞. Cort. granat. ℥iß. balauſt. ʒj. ros. rub. ʒß. alum. ʒiß. H. *ſalv.* Mj. roriſmarin. ʒiß. ſem. coriand. ʒij. incis. & cont. D.

Sum. cochl. 1. & bulliat in s. q. vin. & acet. Teneat. in ore. Aliquoties tamen immutavit eum poſtea.

## CAPUT II.

## DE USU SALVIÆ IN DOLORE DENTIUM.

§. 1.

§. 1.

*Decoct.* QUòd ſi quis ex manipulo *ſalviæ* & tabac. Virginiā. concis. ʒij. & P. 1. itemque altero tritæ polentæ decoct. ex acet. cerevis. ſibi paret, ut os eô proluat, aut dentes foveat, dum dolent, is ab hujus uſu ingens levamen penſentiſcet, uti aliquoties in iis comperit, queîs ex vulgo id commendavit, D. *Sim. Paulli Claſs. III. Botan. quadrip. p. 467. Decoctum odon-*

*Aliud.* *talgicum hoc Timæi in append. caſib. ei annex.*

℞. Rad. biſtort. pyrethr. an. ʒij. fl. ros. rub. Mß. *ſalv.* P. 1. cort. granat. tabac. virgin. an. ʒiß. nuc. cupreſs. ℈iv. gallar. n. iij. alum. ʒiij. mixt. coq. in s. q. ∇ s. & acet.

*Aliud.* D. *Segleri*, notante *Birlingio l. c. p. m.* 5. erat hoc, idque probatum:

℞. Fl. ros. rub. balauſt an. Mß. *ſalv.* P. 1. Rad. pyrethr. biſtort. an ʒij. f. tabac. cort. granat. an. ʒj. nuc. cupreſs. ʒiß. gallar. n. iiij. alum. crud. ʒvj. Cont. groſſo modo coq. in med. part. ∇ & acet.

Hoc *Seglerianum* & *Timæanum* unum idemque eſt.

§. 2.

§. 2. *Tinctura odontalgica.* Eruditiſſimi *Timæi hæc l. a p.* 432.

℞. Rad. lign. ſanct. ℥j. buxi ℥ß. ſem. hyoſcyam. alb. ʒiij. fol. origan. ſerpill. *ſalv.* an ʒij. cort. inter. pini, ſamb. an. ʒiij. Rad. pyrethr. ʒij. ſantal. rub. ʒiiß. caryoph. ʒß. balauſt. ʒj. alum. ℈ij. opij theb. puriſs. ʒiij. ſpirit. vin. ex laudan. opiat. reſid. q. s. ad eminent. iv. digitor. digerant. in MB. per 3. ρ, poſtea filtr. In colat. diſſolv. eſſent croc. ʒß. camphor. ℈j.

§. 3. *Syrupus* digerens *Cratonis* talis: *L. VI. conſil.* 47. *Syrup.*

℞. Syrup. de beton. hyſſop. an. ℥iß. mell. roſ. col. oxym. ſimpl. an. ℥j. ▽ hyſſop. *ſalv.* beton. H. paralys. borrag. an. ℥ij. M.

Adde *Plater. L. II. obſerv. p. m.* 376.

§. 4. ▽ *odontalgica* P. H. D. apud *Hofmann. Sect. I. thes. pharm. p.* 30. hæc: *Aqua.*

℞. Rad. pyrethri ʒiij. hyoſcyam. ʒv. cort. rad. mandrag. caryophyll. an. ʒij. f. buxi, *ſalv.* plantagin. ſerpill. fl. balauſt. roſ. an. P. ij. caric. pingu. n. vj. coq. in s. q. Decoct. hord. ad ℥viij. Col. add. Mell. roſ. col. ℥iiß. camphor. gr. v. opii thebaic. ℈ß. M. S. Mund-Waſſer. Conf. *Fiſcher. L. III. corp. Med. p.* 342.

Vel

Vel coque cum *Sennerto L. II. prax. p.* 40. talem in frigida cauſa *gargariſmum*:

*Gargariſmus.*

℞. Fol. beton. *ſalv.* majoran. roriſmar. an. Mß. fl. ſtæch. arab. Pij. ſem. nigell. rad. pyreth. an. ʒij. coq. in vin. alb. & acet. an. p. æqu. pro collutione oris.

Conf. *Plater. L. II. obſ. p.* 372. D. *Grüling. L. I. Prax. P. IV. c.* 7. In MSS. *Michelianis* reperi hunc:

℞. Fol. origan. *ſalv.* ſerpill. roriſm. an. Mj. lign. ſanct. ℥j. rad. sarſaparill. pyrethr. an. ʒj. coq. in una part. ▽ f. & duab. vini. D. Colat.

§ 5. Præpoſitus quidam cœnobii intollerabili, & qui nullis medicamentis mitigari poterat, *dentium dolore* afflictus, ſeqq. curatus eſt à *Ruland. L. I. curat. empiric. p.* 77:

*Alius.*

℞. Origan beton. *ſalv.* an. Mß. ſem. nigell. ʒij. cort. granat. ℥j. ros. immatur. in nodis exiſtent. Mß. pyrethri ʒij. ſtaph. ʒj. coq. in vin. rubell. ℔ij. & acet. ros. ℔j. ad conſumt. ℥vj. f. gargariſm.

*Conf. Myns. l. c. p.* 406. *Grüling. C. III. obſ.* 48. *Joel. L. II. Prax. S. vi. p. m.* 245.

§. 6. In *cauſa calida* fiunt ita:

*Alius.*

℞. Fl. ros. rub. fol. malv. [addidi *ſalv.* P. 1.]

P.1.]an.Mj.coq.in vin.auſter.℞.Col. ℥viij. in qua diſſolv. ☋ ♀ acid. ℈ß. croci ℈j. M.

In quacunque demum cauſa hoc laudabile εὐπόριστον *Sennert. l.a.p.*41. *Alius.*

℞. Rad. filic. pentaphyll. an.℥iij. biſtort.℥ij. fol. rut.*ſalv.* beton. fl. roſ. rub. an. Mß. coq. in vin. rub. & adſtringent. ▽ comm.an. q.s. ad conſumt.part.tertiæ.d. pro gargariſmo.

§. 7. Memini, *Cortnummium* noſtrum, Cl. & Excell., Dn. *M. Hieron. Weizio*, Gothâ-Turingo, moderni Auguſtiſs. & Potentiſs. Dan. & Norwag. Regis CHRISTIANI V. quondam Informatori, tunc Eloqu. PP. in Reg. & Equeſtri *Sorana*, Hoſpiti & fautori meo ſingulari, hoſce olim cum ſucceſſu dediſſe trochiſcos: *Trochiſci.*

℞. Rad.pyrethri ℥ß.oxylapath.℥ij.*fol. ſalv.*℥j ſem.hyoſcyam.℥ij.alum.tragacanth.an.℥j. acet. vin.acerr. q.s. f. s. a. trochiſci. S. Küchlein zun Zähnen.

Ceterùm ad reliquias materiæ bilioſæ & ſeroſæ in Senatore quodam diſcutiendas & abſumendas *Timæus L.I. cas.* 41. commendavit ▽ roriſm. & *ſalv.* cum tantillo acet. fl. lavend.

§. 8. *Clyſma* paravit *Crato l.c.p.* 291. *Clyſt.*



Digitized by Google

▽ a. dabit etiam ▽m *externam Crollius in Baſil.Chym.p.*198. *Birling.l.a p.*38. *&* 168.& *Grüling. L.I. Pr.P.iv.c.*7. *Toneri eſt hac L.II.obſ.*10.

℞. ▽ *ſalv.* ſerpill. origan.an.℥iij.ſpir. vitriol ℈ß.M.

*Spirit.* *Spiritus* vini *odontalgicus Mynſ. vid.l.c.p.*277. *balſamus* apud *Birling.*

*Balſ. & Fotus.* *l.a.p.*55. *a.* & *Fotus* pro maxillis apud *Craton.l.a.p.*294.

## CAPUT III.
## DE USU SALVIÆ IN NIGREDINE ET STUPORE DENTIUM.

§. 1.

*Pulv.* S*Tyli dentifricij Cnöfeliani* egregij ſunt, & tales:

℞. Lap. pumicis ℥ß. corall. rub. & alb. an. ʒiiß. alum. ʒiß. rad. ireos fl. ℥j. f. pulv. ſubtiliſs., cui add. ambr. & moſch.an. gr.v. ol.ros.ſtillat.ver. ex fl. gt.iij. M. ex hoc pulv.f. cum mucilag. tragacanth. per ▽ *ſalv.* fact.maſſa, ex qua tandem forment. ſtyli dentifricij in umbra lentè exſiccandi. *Vid.T.VII. Eph.Curios. annex.p.*75.

§. 2. *Sennert.* L.II. *Prax.P.I.* c.14. *n.m.* hunc habet:

℞.Sum-

℞. Summit. myrthi, lentiſci, oleaſtri, *ſalv*.roriſm.an.Mj.corall.rub,ebor. dent. equor.an.℥iiij. ure in fictil.vaſe ſimul,add.⊖ commun.P.1.donec omnia dealbata ſint,f.pulv.,cui add. caryoph. cinam. roriſm. an. ʒiij. moſch.℈j.M. *Alius.*

§. 3. *Grüling. L.I. Prax. P.IV.c.*10. habet hoc:

℞.▽ prunell.*ſalv*.fragor.an.℥ij.alum. uſt.ʒj. camphor.℈ß. mell. ros.camphor.diamor.an.℥j.M.

¶ Ad ſtuporem dentium vide collutionem oris apud *Schonborn. in manual. pract. p.*49. & *Macas. in prompt. p.*688. Elegans etiam *ſpiritus Rolfinc.* in *Med. Comment. ſpecial. L. VII. Sect. II.c.*8.*p.* 672.

# MEMBRUM IX. DE AFFECTIBUS GINGIVARUM.

## CAPUT UNICUM. DE USU SALVIÆ IN GINGIVARUM PUTREDINE ET EXCRESCENTIA.

M 2 §.1.

Digitized by Google

§. 1.

*Pulv.* P*Ulvis Cratonis L.V. conſil.8.p.m.*32. talis in *putredine gingivarum*, pro quodam generoſo Domino:

℞. *Fol. Salv.* recent. bene mundat. alum. uſti, oſs. mandib. lucii uſtor. myrrh. rub. an. ʒiß. Mell. q.s. [ſi linimentum velis] addatur.

*Liniment.* §. 2. *Linimentum Senn. L.II. Prax. p.m.*52. hoc:

℞. Fol. aquileg *ſalv.* menth. criſp. nuc. moſch. an. ℥ß. alum. uſt. ℥j. mell. puriſs. ℥iv. vel q.s. pro liniment.

Adde sîs rut. & myrrh. Conf. *Grüling. L.I. Prax. p.* 143.

*Tinctura.* §. 3. *Tinctura* Sereniſs. Reginæ *Ceciliæ* ad *gingivas tumentes* & *ſanguinolentas* hæc:

℞. ▽ *fol. ſalv.* querc. an. ℥vj. phlegmat. ⊕li, Onis an. ℥iij. Gumm. lacc. [in bacillis] pulv. ʒvj. alum. ʒiß. M. ſtent in digeſtione per ρ & ♂, poſtea filtr. per chart. R. rubini inſtar. S. uſui. Vid. medicam. *Cnœfel. T. VII. Eph. Cur. Germ. annex. p.* 76.

*Gargariſmus.* §. 4. *Gargariſmum Senn. l. c. p.* 52. conficit ita:

℞. Rad. tormentill. cort. rad. prun.

ſylv.

ſylv. hyperic. *ſalv.* acut. an. Mj. coq. in vin. ℔ij. ad tertias. Colat. os colluatur.

§. 5. *Balſamum* medicamentoſum tandem ſubnecto *Mynſicht.* ex *arn. ament.* ejus *p. m.* 478. *Balſam.*

℞. Tinct. roſ. cum ▽ lapid. medicament. fact. Mell. virgin. an. ℥iv. alum. uſt. ℥j. terr. vitriol. dulc. gumm. laccæ an. ʒiij. coq. ad conſiſt. balſami, poſtea add. Corall. rub. ppt. ſanguin. dracon. an. ʒij. ſarcocoll. myrrh. rub. maſtich. an. ʒj. ol. lign. rhod. nuc. moſch. *ſalv.* an. ℈j. f. balſ. juſt. conſiſtent.

Valet ad gingivarum putridam, tumidam, ſuperincarnatam & denigratam carnem, & multa alia, ſi credimus Mynſichto. Manè autem & ſerò [ vel pluries in die ] caro maligna fricetur, oſque eluatur ▽ *ſalviæ*, ut feliciter olim experti ſumus in Rev. Domino, *Friderico Henckhuſio*, familiæ Benedictinæ Monacho, & Illuſtris, ſemperq; Liberæ, ac Imperialis Eccleſiæ Corbeienſis ad Viſurgim Capitulari, Amico, dum viveret, ſincero & colendo.

# MEMBRUM X. DE AFFECTIBUS GURGULIONIS.

## CAPUT UNICUM. DE USU SALVIÆ IN PROLONGATIONE GURGULIONIS.

§. 1.

*Gargariſmus.* UTiliſſimus *Joël. l.c.p.261.gargariſmus:*

℞. *Salv.* origan. hyſſop. f. laur. an. Mß. fungor. arb. ſamb. vetuſtis adnaſcent. ℥ß. gallar. ʒiij. coq. in acet. & ▽ ℔j. ad medias, Col. edulcor. cum mell. ros. ℥ij. f. gargariſmus.

*Alius.* Vel: ℞. Sem. eruc. ʒv. Rad. pyrethr. ℥ß. *ſalv.* hyſſop. an. P. 1. Mell. ros. nondum colat. ℥iij. acet. & aq. an. ℔j. coq. ad medias.

Vel: ℞. Decoct. *ſalv.* hyſſop. an. ℔ß. alum. ſaccharin. ℈j. diamor. ℥j. Mell. ros. ℥ß. M. *Crato L.V. conſ. 9. p.m. 34.* Quem etiam *Sennert. praxi ſua* intexuit. *p.m.* 74.

*Obſ. pract.* §. 2. Nobiliſſimus Dominus *Johannes Ludovicus ab Ütterod*, fautor meus ho-

Digitized by Google

honorandus, malô hoc diu afflictus, utiliſſimos ſemper deprehendit gargariſmos, *Salviâ* prægnantes, ut etiam his, aliis fruſtrà tentatis, tandem liberatus ſit. *Alia.*

§. 3. Alius ſolo *fermentô*, eôque acerrimô, cui immiſcuit *fol. ſalv. hort.* & ſuccinum album, capiti, raſis pilis, applicato, *gurgulionis laxationem* nuper emendavit feliciter, ut bonâ fide ſuperiori ſeptimanâ *Crucisburgi* ad Vierram mihi narravit.

# MEMBRUM XI.

# DE AFFECTIBUS TONSILLARUM.

## CAPUT UNICUM.

## DE USU SALVIÆ IN TUMORE TONSILLARUM.

§. 1.

DAbimus unicam *Grülingii* aquam internè uſurpatam in *glandularum tumore* ex catarrho in fauces prolapſo. *C.V. obſ.* 82.

℞. ▽ plantag. equiſet. prunell. *ſalv.* an. ℥iß. ſyr. viol. ex ſucc. hyſſop. diamor. *Aqua.*

rob. nuc. an. ℥j. ⊖ prunell. ʒß. M.

*Obſ. pract.* §. 2. N. - - Schrammin / honeſta Matrona *Iſnacenſis*, eodem affectu ultrà menſem miſerè cruciata, me tandem acceſſit, dedi *gargariſmum* ex fol. prunell., *ſalv* plantagin, fl. ros. rub. fic. &c. paratum, admiſtô Diam. Nicol., rob. nuc. &c. & eôpſe die moleſtia omnis ceſſabat.

*Alia.* §. 3. Matrona alia *tonſillarum* tumorem, *columellæ* laxitatem & inflammationem paſſa, cum difficili reſpiratione, deglutiendi impedimento, voce raucâ & genarum rubore &c. cui ſolùm ſimilis ferè *gargariſmus* auxilium tulit, nec aliis medicamentis opus habuit;

℞. Fl. prunell. *ſalv*. an. Mj. gran. myrtill. ℥iß. coq. in vin. rubr. & aq. an. ℔ij. ad medium. Horum juri colato admiſc. diamor. ℥iß. f. garg. *Vid. L. I. Curat. empir. Rulandi p. m.* 90.

SE-

# SECTIONIS II. PARS II.

## De USU SALVIÆ SPECIALI.

## In AFFECTIBUS MEDII VENTRIS.

## Cujus MEMBRUM I. DE AFFECTIBUS FAUCIUM.

### CAPUT UNICUM. DE USU SALVIÆ IN ANGINA.

§. I.

VIdimus, B.L., vim *Salviæ* omninò divinam, omnique hymnô majorem, in averruncandis plurimis *ſupremi ventris* affectibus. Nunc cum *pectore* tuo volve, quanta præſidia eadem ſpondeat *pectori*, ſeu *thoraci*, quæ ἀκρόπολις, ἐν ᾗ τὸ

τῆς φύσεως ζωπυρὸν κεῖται, eſt *arx quædam, in qua Naturæ focus abſconditur, Ariſt. III. de P. A. c. 7.* & *pectus* lætitiâ abundabit, modò non ſis corpus ſine *pectore.* Exere igitur vires, ô ſalutaris *Salvia*, in debellanda *angina.*

*Gargariſmus.*

§. 2. Næ hanc incipientem, maximè tamen moleſtam, vel unicô hoc *gargariſmo* crebrius profligavimus:

℞. H. malv. hort. Mj. f. prunell. *ſalv.* veron. plantag. an. Mß. ſem. anis. ℨii. nid. hirund. med. fic. ping. n. vij. coq. in 🜄 ſ. ad tert. Col. add. diamor. Nicol. ℥iß. f. gargariſm.

*Obſ. pract.*

§. 3. Dn. *Georg. Rudolf.* Gronfeld/ Conſil. Corbeicnſis, Amicus colendus, à graviſſima febri fauſtè redemtus, ſub Jove humido frigidoque in ſylvam excurrit, domumque reverſus bellè cænat, hilariter decumbit, deque omni malo ſecurus alacriter ſurgit. Brevi autem poſt, cum omnium ſtupore, in momento qs. *vox & reſpiratio* ceſſant, ut nunc actum eſſe putarent ſinguli. Vehitur currû *Ottbergâ* ad me, ſub pluvioſo & frigido cœlo, licèt in diebus canicularibus, meque ad ſe ſtatim è vicinia vocari jubet. Advolans dedi ſubitò, quod inquilini ad manus habebant, ſcilicet, De

🜂 bugl.

▽ bugl. ſerpill. *ſalv.* ros. an. ℥iß. cinam ℥ß. ſyr. rub. id. pap. rhæad. an. ℥j. M. circa octavam veſpertinam tria quatuorvé cochlearia. Queîs exhauſtis benè dormivit, & circa auroram corpus denuò motitabat, quod antea ſine gravi dolore & punctione nequibat. Propino viciſſim doſin de miſtura aliam. A meridie ſurgit, ambulat & venuſtè diſcurrit. Purgatus à me & in pace dimiſſus, adhuc pancratice valet.

§. 3. Sequente annô circa initium Maji, Uxor ejus inſultus febriles ſentiens, unà cum intenſiſſimis *faucium doloribus*, anginam reverà præſagientibus, ita ut ægerrimè quid deglutire poſſet, meam induſtriam flagitat. Dedi catharticum cum levamine. Eôpſe die circa veſperam, inciſis ſub lingua venis, cataplaſma confeci, immiſtis *ſalv.* foliis. Dolor remiſit, ſomnus obrepſit, deglutitio facilior. Denuò corpus purgatum catharticô. In augmento & circa ſtatûs principium *anginæ* hoc tutò uſurpare potes: *Altera.*

℞. *Fol ſalv.* Mij. fl. lavend. Mj. coq. in vin. s. q. an. ℥vj. Col. add. diamor. ℥j. dianuc. ℥iß. ſal. prunell. ʒj. alum. crud. ℈j. M. pro collut. oris. *Gargariſmus.*

Plu-

Plures dabit *Grüling. L. II. Med. Pract. P. I c.* 8. *Mynſ. l. a. p.* 400. & ſexcenti alii, *Clyſterem* habet *Bruel. l. a. p.* 187.

# MEMBRUM III.
# DE AFFECTIBUS GUTTURIS.
## CAPUT UNICUM.
## DE USU SALVIÆ IN STRUMIS.

§. I.

*Vinum.* Vetus ille Cheruſcus *Grüling. L. V. Med. Pr. P. III. c.* 19. *p.* 588. præmiſſâ purgatione, *ſtrumæque* emollitione per linimentū & emplaſtrum, pro potu ordinario præſcripſit *cereviſiam ſalviatam*, & hoc *vinum* uſuale, quo de patiens primum hauſtum capiat inter paſtum.

℞. F. beton. *ſalv.* an. M j. lign. ſaſſafr. ʒ vj. guaj. ℥ j. ſarſ. ℥ ß. rad. pœō. fl. caryoph. an. ʒ iij. H. chamædr. chamæp. an ʒ j. glycirrhiz. ʒ ß. bacc. junip. ℥ iß. nuc. moſch. Zingib. ſem. anis. coriand. ppt. fœnic. ſem. card. ben. cubeb. an. ℈ ij. incis. & cont. ſuperf. menſ. ij. vini.

*Pulverem ibidem* deſcribit, cujus

tamen

Digitized by Google

tamen loco *vinum* aliud, *ſalviâ* nobilitatum, ſyrupi inſtar, comparat.

§. 2. *Julebus* præparans *Plateri L. III. obſ. p.* 649. hic eſt: *Julebus.*

℞. Mell. roſ. ſyr. de byzant. an. ℥j. ſyr. de ſtæchad. ℥j. ▽ fœnic. *ſalv.* hyſſop. majoran. beton. an. ℥iij. f. juleb. arom. Zingib. ʒj. cinam. ʒij. D. pro 5. doſibus.

§. 3. Adoleſcentem ruſticum è Præfectura *Pollenſi*, Ducatûs Hannoverani, à *ſtruma* ſic liberavimus: *Obſ. pract.*

℞. *fol. ſalv.* nobil. Miiß. beton. ard. ben. an. Mij. fl. cent min. *ſalv.* an. P. ij. rad. ſcrophul. ruſci pol. q. an. ℥ß. vincetox. ℥j. bacc. junip. ʒvj. ſem. carv. anis. an. ʒij. cinam. el. ʒiiß. Incis. & cont. D. S. ſpecies ins Bier und ordinari Tranck.

Humores exantlârunt pilul. ♀eæ Quercet. Tandem dedimus experimentum *Grülingian. l. c. p.* 589. & omnia benè.

§. 4. Parochus quidam in finibus *Haſſiæ* puellam XVI. annorum, fœdè *ſtrumoſam*, hiſce remediis optimè curavit: *Alia.*

℞. Fl. liguſtri & *ſalv. hort.* q. v. admiſc. ol. olivar., expone in Vitro ſoli per XIV. dies. Hoc de oleo ſume q. v. admiſc.

miſc ciner. talpin.,rad. ruſc.& exuvias ſerpent. & fac ſ.a. Unguent. Quo de,[ inprimis Lunâ decreſcente, ] præmiſſis tamen præmittendis, collum aliquoties quotidiè inunxit. Famoſum fuiſſe ajunt hôc experimentô. Sit fides penes illos, qui mihi retulêre. Ego tamen illud æſtimo. De *liguſtri* floribus bellè *Velſchius II. Mictom.* 42. De *talpa* cinere fuſiùs nos in diſſert. noſtra de *Talpa*; *Serpentes* in- & externè varii commendant Practici.

# MEMBRUM III.
# DE AFFECTIBUS ASPERÆ ARTERIÆ.
## CAPUT UNICUM.
## DE USU SALVIÆ IN ANGUSTIA EJUS.

§. 1.

*Potio.* SI à humore craſſo & frigido, utile erit, & juxta leges methodi, attenuantibus & incidentibus humectantia permiſcere,ne nimia medicamentorum caliditate humores exſiccati magis incraſſeſcant. & lenteſcant. Saluberrima ergò potio *Sennerti L.II.Prax.P.II.c.*4.

℞. Paſſul.℥iß.ſem.fœn.ʒß.hyſſop.*ſalv.* acutifol. an.Mß. capill. ♀ P.1. jujub. ſebeſt. an.n.xij.dactyl.ſine nucleis, fic.an.n.iiij.glycirrhiz raſ.ſem.anis. cinam. an.ʒij. rad. helen. ʒß. coq. in ℔iij. ▽col.dulcor.ſacch.alb.℥v.

§. 2. In ſenibus & phlegmaticis efficaciſſima ejuſd. ▽ *pectoral.*, quæ humores craſſos coquit, eosque ac flatus diſſipat, vires roborat, & ſputum facilius reddit: *Aqua.*

℞. Rad. ireos, helen. fœnic. glycirrhiz. tuſſil. an.℥ß. mors. diabol. ʒiij. H. veron.ſcabioſ.hyſſop.*ſalv.* marrub. cap.♀ an. Mij. cinam. gran. junip. an.℥ß.ſem.anis.fœn.ſcillæ præp.an. ʒij. fic.n.x. amygd. amar. pinear.an. ℥ß. croci ʒß. affund. ▽ q.s. ſtent in infus. xiv. ℘ poſtea deſtilla.

§. 3. Paupercula unà cum puello, quem ulnis geſtabat, ſtipem oſtiatim petens, reperit fortè in platea *chelas cancrorum* abjectas, quas tollit, & vagienti puſioni incauta porrigit, ſaltem ut demulceret. Ille ori admovet eas, & tandem, [præ fame fortè] matre non animadvertente, ingerit. Hærebant in palato cuſpidibus altè infixis, ut jamjam actum eſſe clamitaſſes. Tuſò autem palmâ matris tergô infantis, & *Obſerv.*

paulu-

paululùm terrâ verſùs inclinatô capite, *crebriores* ſupervenêre, *ſternutationes*, à quibus *chelæ* tandem comõtæ, exque faucibꝰ rejectæ ſunt. *Aſperæ* quoq; *arteriæ* portiuncula quædam illapſa, ſed tuſſi expulſa. Datô puſioni à Matrona quadam [cujus ædes præteribat] *vinô ſalviatô*, ſucceſſit vomitus, in quo particulæ aliquot *chelarum* inventæ.

# MEMBRUM IV.
## DE AFFECTIBUS PULMONIS ET THORACIS,
## CAPUT I
## DE USU SALVIÆ IN DIFFICILI RESPIRATIONE.

§. 1.

QUod pueris in Schola eſt *Poſitivus*, *Comparativus*, ac *Superlativus* gradus; hoc Medico *dyſpnæa*, *aſthma* & *orthopnæa*, quos affectus uno *difficilis reſpirationis* nomine involvimus. Una eademque ſingulorum cauſa, radix & mater, nec aliter differunt, niſi *gradû*, ſeu magnitudine. Cunctis opponimus heroicam noſtram ſalviam. Si igitur cupias

▽m

▽m pectoralem, nos è *Birlingio* noſtro *l.c.* in *append.p.*27. talem dabimus.

℞. Rad.enul. fartar. an.ʒj.gentian. caryophyllat. Zingib.an ℥ß.bacc.laur. junip. an ʒij. alkekeng. cinam.an. ℥ß. cardam. ʒij. *fol. ſalv.* majoran. hyſſop. marrub. rad. ireos flor. pol. q. liquirit. paſs.min. dactyl. excort. amygd. dulc. pinear. an.ʒvj. ſquill. ppt.ʒj.pulm.vulp.ppt.℥ß. fic.pingu. ʒvj.ſem. urtic.fœnic. origan.an.℥ß. ſp.vini ℔x. deſtill. per veſic., poſt add.ſacch.℔iß. moſch. gr.ij.M. — *Aqua.*

Mavis aliorum? adi *Schröd. L. II. Med. Chym. Pharm. c.* 38. *p.*146. *ſeq. Mynſicht.l.c.p.*298. *Greg. Horſt. L.III. obſ.* 17. *Frid. Hofmann. Sect. I. Theſ. pharmaceut.p.*5 .*Pharm. Auguſt. Claſs. xv.p.* 496.& alios. Præſtans illa *Sennerti L.II.Prax.p.*329.

℞. H.veron. ſcabios.an.Mij.cap.♀ hyſſop. *ſalv.* marrub. an.Mj. rad. ireos flor.glycirrhiz.eryngij,helen.,fœn. an.℥ß. cinam. opt. gran. junip. an. ʒiij.aff.🜄 opt.q.s. ſtent in infus.xiv. ℘ poſtea deſtill. Deſtillat.funde ſuper dactyl. n. x. jujub. ſebeſt.an.n. xxx. fic. n.x.paſſul.min. maj.exacinat.un.℥ij.croc.ʒß.diger.& filtr. — *Alia.*

Longe tamen præſtantior *Zwölfe-*

*Alia.* *riana in Pharmacop. Reg. Claſs. xv. p. m.* 890. & inſignis etiam *Timaana in medicam. deſcript. caſibus annex. p. m.* 397. quam poſteriorem dabimus:

℞. Ficuum n. xv. paſſular. minor. ℥iv. major. ℥ij. looch. ſan. & expert. ℥iiß. de pino ℥ij. ſucci liquirit. inſpiſſat. ℥iß. Cons. fl. hyſſop. tuſſilag. veron. an. ℥ij. cinam. acutiſſim. ℥ij. ſquillæ ppăt. ℥iß. ſpec. diaireos ℥j. cardam. min. ℥ß. macer. ℥iij. croc. orient. ʒij. H. cap. ♀ marrub. an. Mij. fl. malv. arbor. farfar. *ſalv.* an. Mj. Cont. & mixt. inf. in ſp. vin. ſimpl. ℔x. digerant. per diem. & noct., poſtea deſtillent., & edulcorent. ſacch. cand. alb. q. s. ad grat. ſaporem. *Conf. append. ad epiſt. p.* 442.

*Potio.* §. 2. Seu velis *potionem* pro plebeiis nunquam te derelinquet Salvia.

℞. Rad. helen. ireos fl. an. ℥ß, glycirrhiz. ℥iß. *H. ſalv.* hyſſop. pulmonar. an. Mj. ſem. anis. fœn. an. ℥ß, coq. in ▽ ſ. add. ſacch. cand. ℥ij. M.

*Grüling. L. II. Prax. p.* 173. plures habet *C. I. obs.* 91. & *C. IV. obs.* 86. 87. 89. Aut para tantùm cum *Rulando L.*

*Hydromel.* *II. curat. empir. p. m.* 129. *hydromel* ita:

℞. *Fol. ſalv.* hyſſop. an. Mj. coq. in s. q. ▽ ℔viij. ad conſumt. mediet. Col. admiſce mell. deſpumat. cochl. iij.

Digitized by Google

§. 3. *Vinum*, ſeu claretum paſſulatum laxans pete à *Mynſicht. l.a.p.*351. *cerevisiam* à *Grülingio C.V.obs.*45. quæ talis:

℞. Rad. angelic. ireos flor. an. ℥ß. enul. ℥j. H. ſcab. veron. hyſſop. *ſalv.* beton. an. Mj. bacc. junip. ℥vj. M.

Conf. *Schönborn Manual Med. Pract.* p.73.

§. 4. Placet *Syrupus*? proſtat apud *Mynſ.l.c.p.*257. aut *elixir* quoddam *aſthmaticum*? ecce incomparabile iſtud *Zvvölferi in Pharm. Reg. Claſs. xv. p.* 891. *Syrup.*

℞. Rad. enul. ℥ij. ireos florent. ℥iß. H. recent. calaminth. mont. odorat. hyſſop. *ſalv.* roriſmar. an. ℥iiß. ſem. anis. ℥iij. bacc. junip. ℥ij. cinam. opt. ℥iij. camph. ʒj. incis. & cont. ac vitr. cucurbit. immiſs. ſuperaffund. 🜄. opt. ℔vj. 🜄 ros. opt. ℔iß. factâque digeſtione deſtill. per MB. ad ſiccitat. ſpecier. immiſſis alembici roſtro in petia ligat. benzoës, ſtyr. calamit. an. ʒij. croci ʒiiß. ſal. armon. ſublim. ℥ß. Tandem dulcoret. Syrup. alicujus pectoralis ℔ß. *Elix. Zvvölfer.*

Aliud vide sîs in *prodrom. Prax. Chym. Tilingi Cl. III. tit. IX. p.m.*589.

Adde *Rolfincianum L. IV. Chym. Sect.*2. c.3. *Rolfinck.*

℞. Rad. gentian. rubr. glycirrhiz. raſ. ireos. fl. enul. ungul. caballin. an. ℥j. cort. ſcillæ ℥ß. *f. ſalv.* toris. ☉. hyſſop. veron. cap. ♀ marrub. an. Mij. pulm. vulp. ppt. n. ij. vitul. recent. n. 1. Myrrh. rub. benz. an. ℥j. cardam. cubeb. an. ℥ß. cinam. caryoph. N. moſch. an. ℥j. ſem. anis. fœn. an. ʒiij. urtic. rom. ℥ß. ocymi caryoph. ʒij. 🜄 anis. ſeu junip. ℔x. ſtent in digeſtione per ♂ ρ IV. Media hujus tincti liquoris pars lentâ digeſtione exhalet parum. S. Elix pectorale. Cetera vid. apud ipſum Autorem.

*Mixtura.* §. 5. Præſtans etiam *mixtura* antiaſthmatica ejuſd. Celebratiſſimi *Rolfincii L. IV. Chym. Sect. IV. c. 3.*

℞. Miſt. ſimpl. ℥iiij. 🜄 ♀ campan. ℥j. 🜄 aſthmat. comp. ℥j. extr. enul. ireos fl. an. ℈j. ſal. ſanguin. volat. cerv. ℈j. eſſent. croc. toris ☉is an. ℥ß. eſſent. *ſalv.* thym. an. ʒiij. ſyr. de praſſ. hyſſop. viol. veron. an. ℥j. M. S. Lufft-Mixtur

*Pulv.* §. 6. Nobilis quoque *Pulv.* dia♀is apud *Tiling. l. c. p. 595.* oleum *ſalv.* chymicè confect. nobis frequenti in uſu, à gr. v. ad vij. c. vin. dat.

*Pedilav.* *Pedilavium* in dyſpnæa crebrius paravit *Plater. L. I. obſ. p. 159.* ex f. *ſalv.* beton. majoran.

ori-

origan. puleg. ſpic. celt. an. Mj. fl. ſtæch. P. 1. agar. ℥ß. bacc. laur. ſal. an. P. 1. coq. in lixiv. & vin. alb. Vel ſimpliciter ex fl. chamom. & *fol. ſalv.* lixivio incoct. *l. a. p.* 173.

§. 7. Civis *Gvelferbytanus* ſummè *aſthmaticus* circa ſolſtitium brumale meam flagitans opem, cum religio mihi foret ſeria differre in craſtinum, obtinuit potionem pectoralem *ſalviâ* auctam: *Obſ. pract.*

℞. H. beton. *ſalv.* tuſs. cap. ♀ marrub. alb. an. Mß. R. fœnic. helen. pol. q. ireos fl. an. ʒiij. liquirit. ʒvj. ſem. anis. fœn. an. ʒij. urtic. ʒj. fl. *ſalv.* P. ij. tuſſil. bugl. an. P. 1. ſummit. cent. min. P. jß. bacc. junip. ℥ß. fic. ping. n. viij. paſſul. min. ℥j. incis. & cont. coq. in ▽s. Col. admiſc. Syr. de praſſio, hyſſop. an. ℥ij. liqrit. ℥j. oxymell. ſcyll. ſyr. roſ. ſol. an. ℥j. ▽ cinam. ʒvj. M. doſ. mane ac veſperi ℥iv. inſtillando cuilibet doſi gt. viij. ſpirit. ſal. armon.

Pectus inunxit ſeq. *Linimento*: *Liniment.*

℞. Adip. gallin. ʒiij. medull. cervin. ʒij. unguent. dialth. ℥vj. ol. lil. alb. cheirin. am. d. an. ℥ß. pulv. rad. ireos, helen. an. ℈ij. croc. ℈j. cer. par. f. liniment.

Deinde bis purgatus Pilul. ♀eis *Pilul.*

 Quer-

Quercet. correct., troch. alhandal. extr. helleb. nigr. &c. auctis.

Ab his remediis ingens ſenſit levamen, ut officio ſuo commodè fungi quiret. Reliqua diſtulimus in tempus vernale, quô ita reſtituimus cordatum Germanum, ut ὀρθοςάδως ſibi videretur. Mulo-Medici etiam crebriùs utuntur *Salviâ* in aſthmate equorum, *Obſerv.* ut *Martin. Bohm* in der Roß-Artzney/ *pag.* 21. Solô vinô medicatô, cui *ſalvia* etiam immerſa, V. Cl. Domino *Henrico Börſtelmanno*, Scholæ *Iſnacenſis* Rect. Præceptori quondam honoratiſſimo, in diuturno *aſthmate* nuper notabile admodum tulimus levamen.

CAPUT II.

# DE USU SALVIÆ IN TUSSI.

§. I.

SAt diximus in præcedente capite, ut irritum videatur longiùs hîc fari. Pace tamen tuâ, mi lector, hîc ſabimur, ſeriò commendantes in tuſſi humida cum raucedine *Potiones.* elegantiſſimam potionem *Timæi L. II. cas. med. XII. ſeq. ac L. V. cas. XI.* nec non decoctum ejus in *append. p.* 409. & aquam *pneumaticam p.* 397. *b.* Addeſîs *Grüling. L. II. Prax. P. II. c.* 2. *p. m.* 178.

Digitized by Google

178.ſeq. & *Rolfinc. Med. Comment. L. V.S.2.c.9.*

§. 2. *Syrupum* præbebit *Kegler* apud *Sennert. L.II. Prax. p.369. & Pedemont.*,citante *Achille noſtro, Exc. D. D. Petri*, Archiatro Mogunt. & Prof. Erfurtino, *in Tract. de card. bened. c. VIII.p.*118. inprimis autem *Cnöfel. in medicam. ſingul. deſcript. Tit.XI.p.*79. ſeq.*T.VII. Eph.Cur Germ.annex.*quem tranſcribam: *Syrup.*

℞. Rad.glycirrhiz.℥ß. polyp.℥j. farfar. helen.petroſelin.tuſſilag. fœnic.an. ℥ß. H. cap. ♀ Mj. botryos ſcabios. *ſalv.* cochlear. veron. an. Mß. fl. malv.arbor.hed. terreſtr.viol.mart. geniſt. an. Pij. ſem. anis.fœn. an.℥j. urtic. naſt. aquat. an.ʒij. ſquill. pp. ʒvj.paſſul. maj.exacinat.℥ij. dactyl. pingu. à cuticula interna purgator. n.xx.caricar.n.xxv. jujubar. ſebeſt. an. n. x.

Incis. & craſſiuſculè contus. coq. in aq.hord.℔.x.ad conſumt.tertiæ partis; in expreſſione adhuc calida inf. per hor.24.fabar.antiquar. & groſſo modo contus. & furfur. triticei à farina bene excuſſi [ melius pulv.groſs.rad. ireos ] an.℥j. f.lenta una atque altera ebullitio & colat. ſine expreſſione; in qua

inf.fol. ſenn.el.℥v.agar.alb. ſem.carth. excort.an.℥j.fol.hyſſop.℥ß.cinam ʒvj. mac. ʒij. Zingib. ſal. ♀i an.ʒj. Macerent. per 2. dies continuos in balneo tepido, deinde f.omnium levis ebullitio,colat.& expreſſio; cui adde ſacch. alb.℔iiij.clarif.c.album.ovor. [melius ante infuſion.purgantium] & coq.lentô △ ad ſyrupi conſiſtent. Add. *Culpeper. Teſtament.p.* 117.

*Electuar.* §. 3. *Electuarium* largitur *Petræus Vol.I.diſſert.Harmon.XVII.p.*316.

℞.Cons.beton.*ſalv.* an.℥iij.looch. ſan. ℥j.fl.♀ liquirit.an.℥j.c.s.q. ſyr.praſs. f. elect.

*Solenandri.* *Looch.Solenandri* invenies *Sect. IV. Conſil. Med. n. x. p.* 344. tranſcripſit iſtud *Achilles* noſter Curioſus de *card. bened.c.*8.*p.*117.

§. 4. Promovent etiam copioſi phlegmatis excretionem *Rotulæ Toneri L. III. obſ.* 2. & ſunt ob effectum ac ſuaveolentiam commendandæ: *Rotulæ.*

℞. Spec. diair. ſimpl.diatrag. cal.an.ʒj. ſacch. in *aq.ſalv.* diſſolv. ℥iv. f. rotulæ.

*Trochiſci.* Vel: ℞. ſucc. glycirrhiz.℥ß. ſp.diair. ſ. diatr.fr.an.ʒij.myrrh.el.ʒj. extr.helen. veron. an.ʒß. ſacch. cand.℥j. c. mucilag.tragacanth. in aq. tuſſilag.

[aut

[aut *ſalv.*]q. s.f. trochiſci ſucceſſivè deglutiendi.

§. 5. Species pro *cucupha* conficienda præſcripſit ſeqq. *Gr. Horſt. L. III. obſ.* 17. *Cucupha.*

℞. Rad. ireos fl.ʒij.f.beton.aſari c. radic.,roriſm.,*ſalv.* an.Mß.fl.ſtæchad. arab. lavend.ros.rub.chamom.an.P. 1. N. moſch. caryoph. coriand. ppt. thur.an. ʒij. ſantal. citr. ʒiß. ambr. gr. iij.moſch.gr.v.f.pulv.

§. 6. *Johann. Lampe*, Civis Gvelferbytanus,poſt febrim abs idiotis malè curatam, incidit in tuſſim, diu noctuq; moleſtiſſimam & continuam, viribus omninò dejectis, appetituque proſtratô,cum manifeſtis *veræ phtiſeos* indiciis. Omnibus fruſtrà tentatis,ego in conſilium vocatus, ſequens præſcribo apozema: *Obſ. pract.*

℞. Rad. alth.℥vj. ireos fl.℥ß. pol. q.cichor. an.ʒij. *fl. ſalv.*Mj. fol. malv. vulg. Mß. ſenn. alex. s. ſt.ʒij. rhab. el.ʒiß.tamarind.℥ß.liquirit.ras.ʒiij. ſebeſt. n.viij. paſſul. min.℥j. ſem. anis.ʒij. fic.n.vj. ſem. aquileg. urtic. rom. an.ʒß. coq. in s.q. ▽ hord. In colat. diſſolv. Syrup.de ſymph. Fernel. ℥ij. pap. errat.℥ß.ros. ſol.ʒvj. oxym. ſcyllit.℥ß.M.f.apozema. *Apozema.*



Digitized by Google

Doſis ℥iij. bis in die. Blandè & ex voto purgatus. Juſculis ſemper inſtillabat gt. iiij. aut vj. ∽ ⊖ is dulc., non neglectis aliis, quæ ratio poſtulabat & methodus. Et ecce! *Lampius*, præter omnium expectationem, alterum pedem, quem jam in cymba Charontis habebat, retraxit. Sed inordinatæ diætæ amantiſſimus, adque iram proniſſimus, in ſtatum longè deteriorem ſe conjecit, ut vix dignum cenſerem beneficio, precibus tamen conjugis victus, denuò fidem & induſtriam ei ſpopondi. Dici non poteſt, quàm blandè appetitum excitârit *elix. vitriol. Mynſicht.* & quam grandes mihi tulerit ſuppetias electuar. *Wincklerian.*, de quo in ſeq. cap., ſic, ut rem ſuam poſtea egerit ſatis feliciter.

## CAPUT III.

## DE USU SALVIÆ IN PHTISI.

§. 1.

QUamvis hic affectus utplurimùm *chronicus* & *lethalis*, in progreſſu omnem eludens Medici operam, ut ingenuè fateatur Experientiſſimus *Timæus L. II. epiſt.* 2. ſe in tota ſua Praxi, quam ultrà xxxvij. annos exercuit, *neminem* ex iis, qui

qui ulcere pulmonem affecti fuerunt, *integræ* ſanitati reſtituere potuiſſe, etiamſi nihil intentatum reliquerit; nec ab aliis, etiam celeberrimis, Medicis quempiam reſtitutum fuiſſe. Benè tamen, & DEO gloria, quòd *Salvia* haud omninò ſterilis in putido hoc affectu.

§. 2. *Mynſicht. l. a. p.* 301. extollit *aquam* ſuam *pulmonis vituli*, *Salviâ* condecoratam, cujus uſû hectici & phtiſici diu poſſunt foveri; aliam Neapoli magno cum ſucceſſu uſurpatam revelat *Müller.* in *miracul. & myſt. med. chym. p. m.* 77. aliam, pro infantibus præſertim, deſcribit *Wirſung. P. II. c.* 5. aliam in *Conſil. med. p.* 322. alias *Frid. Hofmann. Sect. I. Theſ. Pharmaceut. p.* 10. alii alias. Addo unicam *Sennerti L. II. Prax. P. II c.* 12. *p. m.* 211. **Aqua.**

℞. Veron. hed. terr. botryos, *ſalv.* pulmonar ☉eæ, piloſell. an. Mj. rad. tuſſilag. ℥j. infund. in aq. hed. terreſtr. pimpinell. ſanguiſ. an. q. s. vin. alb. ℔iß. hor. 24. addit. pulmon. & epate vituli concis. poſtea deſtilla; poteſt etiam conſ. ros. addi, vel in deſtillato diſſolvi.

§. 3. *Cnöfelii decoctum* antiphtiſicum (vid. *T. VII. Eph. Cur. Germ. p.* 82. **Decoct.**

in

*in append.*) eximiæ virtutis eſt, hujusque deſcriptionis:

℞. Rad. farfar. polypod. glycirrhiz. leviſtic. an. ℥j. H. pulmonar. *ſalv.* verben. ſcabios. fl. epatic. nobil. an. Mj. ſebeſt. jujub. an. ʒij. ſem. anis. ℈vij. caric. n. x. ▽ s. pur. ℔iiij. incis. & cont. craſſiuſculè coq. in præſcript. menſ. ▽ uſque ad tertias. Decoct. colat. & purificat. dulcoret. cum melle clarific. q. s. doſ. ℥iiij. ad ℥vj. & ℥viij.

Subnectit ibidem *vinum*, ſeu *cereviſiam* medicatam, cui tutò quoque *ſalviam* immiſcebimus.

*Pulv.* §. 4. *Pulvis* D. D. E. talis:

℞. Viſc. pyror. *fol. ſalv.* an. ℥j. pulmon. veron. fl. farfar. an. ℥ß. pulm. lup. præp. enul. an. ʒij. ſacch cand. alb. ℥ij. M. f. pulv. doſ. ʒj. ad menſem unum.

*Frid. Hofmann.* in *theſ. pharmaceut. Sect. xxiii. p. 93.*

*Eclegma.* §. 5. *Eclegma Timœanum* in ulceris conglutinatione, ſingulis ferè horis delibandum, maxime conveniens eſt *Caſ. 4. L. II.*

℞. Succ. ſymphit. maj. ℔iß. ſucc. veron. portulac. ros. rub. *ſalv.* hed. terreſtr. pulmon. aur. pimpinell. an. ℥iiij.

depu-

Digitized by Google

depurent. diligentiſſimè, &c. s. q. ſacch. albiſs. coq. ad conſiſt. eclegmatis.

§. 6. Uxor poſt hæmoptyſin labitur in *phtiſin*, adjunctâ *hecticâ*. Expuebat tuſſiendô purulenta cruore tincta, aderat ſudor colliquativus, & reſpiratio valde difficilis. Tamen hôc unicô remediô, præter ſpem & opinionem omnium, evaſit: *Obſ. practica.*

℞. Rad. ſymphit. major. tuſſilagin. helen. mundat. an. ℥iiij. coq. in s. q. 🜄 ſimpl. ad mollit. Tunde & trajice per ſetaceum. *Elect.*

℞. Paſſul. maj. & min. an. ℔ß. coque in brodio reliquo à radicibus, & extrahatur pulpa eôdem modô.

℞. *Salv. acut.* beton. hyſſop. veron hed. terreſt. pulmonar. maculos. an. Mj. coq. ad mollitiem in brodio à paſſulis relicto.

℞. Decoct. colat. ſacch. canar. ℔j. coq. ad conſiſtent. Colet. Add. pulp. rad. & paſſul. amyd. dulc. excort. pinear. rec. probè piſtar. an. ℥iij. cinam. ʒij. croci ℈j. M. f. s. a. Elect.

Eodem remediô, paucis immutatis, filiolum ſuum *triennem*, cui poſt petechias ſuperatas, vomicæ in pulmonibus *quatuor vicibus* collectæ & ruptæ, *Alia.*

Digitized by Google

ptæ, ita, ut pus in magna copia expecto-raret, macie valde confectum, & calore hectico conſumtum feliciter reſtituit Excell. D.D. *Wincklerus*, Archiater Elect. Brandenburg., Fautor & Collega Curioſus honoratiſſimus. *Tom. VI. Eph. Germ. noſtr. obſ.* 95. Idem commendavi olim *Joh. Anton. Sauren*, Weſtfalo, conſummato *phtiſico*, ſummo cum levamine, ut etiam aliquoties, me inſciô, denuo præparari curaret. Tandem verò doctâ plus valuit arte malum.

*Alia.*

*Alia.* §. 7. Fæmina quædam jam ab aliquot annis verâ *phtiſi*, cum ſalſa à capite in pulmones deſtillatione, tuncque horrendâ uteri ſuffocatione, laborabat. Medicus, quô uſa erat hactenus, ſolis purgantibus morbũ oppugnaverat, & hoc tantùm effecerat, ut ipſa clinica facta fuerit. Periculũ ſubitò prædixi, victus tamen propinquorum precibus, præſcripſi primùm confortantia, turpiter hactenus neglecta.

*Aqua.* ℞. ▽ acetos. *ſalv.* meliſs. bugl. ros. an. ℥iij, ſp. diam. fr. ℈ij. ▽ virt. ℥j. conf. alch. incompl. ℈j. dulcor. man. Chriſt. S. Krafft-Waſſer.

Quæ valde placuit: ſumſit cochl. duo aliquando cum levamine. Contrà

ſuf-

ſuffocationem verò uterinam interdum dedi unum, vel cochlear. duo hujus aquæ:

℞. ▽ anthyſt. Fabritij, meliſs. cum vin. deſtill. an. ℥ij. ol. ſuccin. gut. xij. *ſalv.* gt. vj. laud. opiat. correct. gr. iiij. M. D. S. Mutter-Waſſer. *Alia.*

Externè verò cum goſſypio pudendis hoc *oleum* ut inderet, juſſi:

℞. ♂ lil. alb. ℥j. moſch. gr. ij. Zibet. gr. iv. M. S. Mutter-Oel.

Et ſymptomata hyſterica quieverunt: Pro faciliori expectoratione erat hæc potiuncula. ℞: oxymell. ſcyllit. an. ℥ß. ol. am. d. rec. ſyr. de papav. viol. an. ʒvj. ▽. anis. *ſalv.* ſcab. veron. an. ℥iß. ſp. diair. ʒj. ol. anis. ſtill. gt. xv. ſacch. cand. alb. ℥ß. M. *ꝫ.*

Pro corroborando capite *cucupham* geſtabat *Timæanam L. II. epiſt. I.* à marito commendatam. Uſa etiam elect. *Wincleriano*, magna cum ſpe reſtitutionis, ſic, ut fere in portu jam navigare eam crederent domeſtici. Tandem, ex caſu, terrore & mœrore, multis aliis ſupervenientibus ſymptomatibus, erat mors ultima linea rerum. *Cucupha.*

§. 8. *Joachimus* Wehn / Piſtor in Ducatu Gvelferbytano, ultrà quinque menſes *quartanâ* inſanùm vexatus, diver- *Obſ. pract.*

Digitized by Google

diverſisque muliercularum conſiliis uſus, quotidie è ſcylla labebatur in charybdim. Aderant ſimul manifeſta *phtiſeos* indicia, tuſſis, eaque continua moleſtiſſima, præſertim noctu, & ſicca, ſputum, aliquando ſi excerneretur, *purulentum*, etiam *cruentum*, appetitus planè dejectus, macies ſumma, in carpis potiſſimùm, & extra quartanam febricula continua. Hydropis præludiũ intumeſcentia pedum, ſitis continua &c. Scorbuti τεκμήρια, corpus rubris ſublividisque maculis pictum, & alia: Vocatus ad eum, prædictô dubiô eventûs prognoſticô; tamen, DEI gratiâ fretus, laborem & candorem meum ei ſpopondi. Pauſam hactenus fecerat *quartana*, ſed nil minùs cogitantem eôpſe veſpere [erat d. 31. Jan. 1585.] crudeliter invaſit, cum intenſiſſimo calore, ut mentis planè impos mirabiliter delirârit. Alterô die, circa tertiam pomeridianam, ſopitô nunc deliriô, dedi quatuor cochlearia ſeqûentis apozematis:

*Apozema.* ℞. Rad. pol. q. cich. fœn. chel. maj. aſari, liquirit. an. ℥ij. Fol. beton. *ſalv*. acut. cuſcut. agrimon. fumar. card. ben. an. P. ij. tuſſilag. Mß. ſummit. cent. min. abſinth. noſtr. an. P. I. fl. bugl. geniſt.

Digitized by Google

geniſt.an.P.iß. Cort.tamariſc. rad. cappar.an.℥iij. bacc. junip.ʒij. ſem. anis.ʒiß.fic. pingu.n.vij. fol.ſeun. s. ſt.ʒiij. paſſul. min. tamarind. an.℥ß. coq.in s.q.🜄s.ad tert.Col.c.album. ovi clarif. admiſc. ſyr. ros. ſol. pap. rh. an. ℥vj. de praſſio, oxym. ſcyllit. an.℥ß. inſperg. adhuc pulv. rad. jalapp.ʒß.cryſt.♀℈j.M.

Diebus intermiſſionis manè circa ſeptimam, & à meridie inter tertiam & quartam, utebatur ℥ij. iisque bellè, citra moleſtiam, exque voto, purgabatur. Appetitum ſuſcitavimus *elix. Vitriol. Mynſichti*, quod magni ſemper fecimus. Dici nequit, quàm fætida rejecta fuerit ſentina, quam nec æger, nec domeſtici ſuſtinere valebant; nec ullis poterat corrigi ſuffitibus. Quamprimùm verò eidem cum ſyrup. abſinth. *antiquartan*: meum *ſpecificum* dediſſem, ſubſtitit febris. Uſus ille poſtea *elect. antiphtiſico* ſuprà dicto, [non temtis tamen aliis, quæ neceſſaria videbantur] & quatuordecim abhinc diebus ad panificium ſuum rediit, & cetera commiſit Naturæ. Sic ego manum de tabula. Adhuc tamen hôc die, quô hæc ſcribo, benè vivit valetque.

§. 9. Dominus *Joh. Caſp.* Fromman/ *Obſ. alia.*

O mann/

mann / Sereniſſimi noſtri Cubicularius, idem uſurpavit *electuarium* ſummo cum emolumento, ut crebrius cum honorifica mentione mei commendarit. Nobiliſſimus Dominus *Henricus Wolfgangus ab Utterodt*, fautor noſter honorandus, in ſimili, eôque deplorato, caſu idem à me obtinuit, isque adeò reſtitutus, ut vegetus agilisque nunc per ſaxa & nemora diſcurrat. Quod cùm ipſe gratus prædicet, omnesque hîc non neſciant, nolo prolixiùs de eodem fari. Et noverit Pharmacopœus Urbis noſtræ, Dn. *Joh. Chriſtoph. Belling*, Vir Artis ſuæ peritiſſimus, quoties hôc ipsô annô, me jubente, id præparaverit. Commendabunt idem *Hermannus* Bruyn / Steinbachienſis, & *Johannes Enzel*, Eichsfeldenſis, & plures alii. Sic tamen aliquando *phtiſis*, etiam *deſperata*, feliciter curata eſt, quæ ſcilicet ex inordinata diæta, inflammatione, vulneratione, vel aliô modô, contrahitur, quod exemplis etiam fide dignis confirmat D. *D. Daniel Crüger*, Phyſ. *Colbergenſis*, *Decur. II. Eph. Curios. Germ. ann. IV. obſ. 9.* & *D. D. Chriſtianus Menzelius*, Potentiſſimi Electoris *Brandenburgici* Conſiliar. & Archiater, Curioſorum *Apollo*,

*Alia.*

*Alia.*

*pòllo*, Fautor, Collega & Amicus honoratiſſimus, *Librô citatô obſ.* 17.

§. 10. Novi honeſtam Matronam, quæ folia *Veronicæ & ſalv. acut*, unà cum *floribus*, in umbra ſiccata, & in pulverem redacta, *phtiſicis* magno cum levamine in aq. *Veronicæ*, ter in die, ad ʒj. vel ℈iv. propinat. D. D. Sommer / Archiater *Arnſtad.* Collega & Amicus honorandus, communicavit nuper mecum excerpta quadam ex conſilio Medico, à Conſummatiſſimo Medico *D. D. Johanne Backmeiſtero*, Med. & Mathes. P. P. in illuſtri *Roſtochienſi*, an. 1682. dato, cujus hæc ſunt verba: *Alia.*

In dem Kraut Ehren-Preiß ſteckt vil verborgen / welches noch nicht bekandt. Ich habe ohngefähr ſub initium Praxeos meæ vor 35. Jahren die ſimplicia ſo genau durchſucht / daß ich ohngefähr wol weiß / was darinn vorhanden iſt / und dennoch finde ich täglich etwas / das damals nicht obſerviret.

Addit tandem hoc remedium domeſticum, quod *probatum* vocat.

Man nimmt Ehrn-Preiß / etwa drey Meſſerſpitzen voll / mit ejuſdem aquæ drey oder vier Löffel voll / omni

manè, poſt prandium & ante ſomnum. Es conſervirt die Lunge / und macht wider Appetit zum Eſſen / und wann ſo vil Lunge / als ein Apffel groß noch vorhanden wåre / und braucht diß fleiſſig / ſo wird er mit GOttes Hülffe von Tag zu Tag wider reſtituirt werden. Hæc ille; ut laudatæ Matronæ conſilium minimè temnendum ſit, ſiquidem ipſemet felices ſucceſſus vidi. Communicavit etiam nuper mecum *Dn. Joh. Chriſt. Belling*, Pharmacopœus Urbis noſtræ digniſſimus, aquam, quæ nec ſuô defraudanda encomiô, ℞. Vitulum planè nigrum, pro maribus maſculum, pro feminis contrà, mactetur, & dum adhuc calent pulmo, ac hepar, injic. menſuris IV. vini generoſi, poſt 3. vel 4. hor. ſepar. vinum, conſcind. per minima, tunc vinum prædictum iterum ſuperfund. cum additione herbar. inciſar. *Salv. minor.* veron. pulmonar. hep. nobil. an. Miſſ. ſtent per 4. vel ſex dies & noct., quotidie bis movendo, deinde deſtilla per MB. & S. ad uſum. Tandem, ſi placet, adde *ceratum* pro picatione in *atrophia* membrorum ex quacunque cauſa probatum *Cl. Fiſcheri L. III. corp. Medic. Tit. IV. §. 2. p. 385.*

# CAPUT IV.

# DE USU SALVIÆ IN PLEURITIDE.

§. 1.

INſigne decoctum in *pleuritide pituitoſa Timai*, quod viſcidos lentoſque humores potenter incidit, attenuat & blande extrudit *L. II. caſ. med. 6.* *Decoct.*

℞. Rad. fœnic. ℥ß. enul. liquirit. an. ʒiij. ſem. anis. fœn. an. ʒj. melon. ʒiß. H. card. ben. ſcab. *ſalv.* hyſſop. an. Mß. fl. viol. P. iß. bellid. Mß. pap. rh. P. ij. fic. n. v. coq. in ▽. s. Colat. ℔iß. add. ſyr. cap. ♀. de liquirit. ex ſucc. card. ben. an. ℥j. oxymell. ſ. ℥ij. M.

Elegans quoque iſtud *Horſtî L. III. obſ.* 10. in *pleuritide* confirmata in phtiſin tranſeunte. Bellus etiam *Bruel. l. c. p.* 216. *Julebus*, quem dabimus: *Aliud.*

℞. Rad. ireos fl. enul. an. ℥j. alth. ʒvj. H. thym. tuſſil. *ſalv.* beton. hyſſop. an. Mß. coq. in ▽ ad tert. Col. add. Mell. deſpumat. q. s. f. juleb. *Juleb.*

§. 2. Aliquando pro maturando pure *Horſt. loc. cit. cataplaſma* ordinavit, præmiſſâ tamen unctione: *Cataplaſma.*

℞. H. *ſalv.* rut. ſerpill. majoran. an Mj. farin. hord. fabar. lupin. an. ℥ß, ſem. lin. fœn. gr. an. ʒj. mucilag. ſem.

pſyllii ℥iß. ol. am. d. aneth. an. q.s. cer. par. f. cataplaſma.

§. 3. Puerpera *pleuritica* in pago Kirſenbrück/ valdè phlegmatica, paucis hiſce remediis, Deô benedicente, reſtituta.

[I.] Dedi decoct. ℞. Rad. helen. lapp. maj. angelic. an. ℥ij. liquirit. ℥iij. f. card. ben. & card. Mar. *ſalv.* an. Mj. fl. pap. rh. ſcab. an. P. ij. cent. min. P. j. ſem. anis. ℥ij. card. Mar. ℥iiß. bacc. junip. ℥ß. coq. in 🜄 Col. add. Mell. deſpumat. s. q. doſ. ℥iiij. bis in die.

[II.] Locum affectum inunxit ol. hyoſcyam. chamom. *ſalv.* & lil. alb.

[III.] Humores peccantes expuli Rad. jalapp. c. diagrid. & Mag. jalapp. acut. demum manè ac veſperi ſumſit ℈j. pulv. antipleurit. Mynſicht. in aq. card. Mar.

*Alia.* §. 4. Eôdem modô, iisdemque remediis, paucis interdum mutatis, deploratam *pleuriticam*, jam usque ad octiduum ægrè decumbentem, DEI gratiâ, reſtituimus in pago *Heyningen*, diœces. Hildes. *Alia.* Puella xiv. annorum, *Alia.* ultrà novendium eôdem affectu correpta, cum pertinaciſſima alvi obſtructione, & ſummâ virium imbecillitate, præmiſſô clyſtere, & immiſſis con-

for-

ſortantibus, iiſdem medicamentis abs interitû liberata eſt. *Johann. Jacobus Bertuchius*, Scholæ *Iſenacenſis* Alumnus, annor. xvii. *ſpuria pleuritide* nuper laborans, obtinuit à me potionē, phlegma concoquentem, ſenſimque expellentem, cui *fol. ſalv.*, card. bened., & fl. cent. min. erant immixta, & ecce! quam plurimi *lumbrici*, partim *rubicundiſſimi*, globatim expulſi. *Alia.*

§. 5. Eruditus Cimber B. T. Amicus colendus, diu periculoſam in pectore circumferens *vomicam*, incidit aliquando in hiſtorias quaſdam ludicras, queîs inſanùm delectabatur, inque riſum totus ſolutus, ſubitò quid in pectore rumpi ſenſit, ſequente leviori lipothymia. Materiâ fœtidâ partim ἄνω, partim κάτω, rejectâ, bene poſtea valuit, & à *pleuritide*, quæ antea familiaris fuerat, immunis. In uſu fere quotidiano ei *Vinum ſalviatum*, quod an probent, ſeu improbent alii, neſcio. Hoc tamen ſcio, ſalubritatem ejus mihi ſœpiùs commendâſſe. *Alia.*

## CAPUT V.

## DE USU SALVIÆ IN EMPYEMATE, INTEMPERIE, PALPITATIONE ET DOLORE CORDIS.



Digitized by Google

§. 1.

*Aqua.* AQua apoſtematica Kohlreiteri hæc:

℞. H. ſcab. mors. diabol. *ſalv. min.* chærefol. an. Mij. Veron. ſatur. cent. min. an. Mj. rad. polyp. ℥j. H. rut. mur. pervinc. pyrol. ſanicul. auric. mur. an. Mß. card. ben. menth. endiv. hyſſop. lingu. cervin. fumar. puleg. pentaphyll. fragar. meliſs. majoran. roriſm. an. Mß. rad. agrimon. malv. fœnic. pimpinell. an. ℥ß. fl. lavend. cham. rom. epat. alb. liſ. convall. an. Mß. inf. 🜄 rhen., vin. rhen. an. canth. iij. poſtea deſtilla.

*Birling. in append. ad C. I. Advers. Curios. p. m. 33.*

*Alia.* §. 2. Ad cordis *intemperiem frigidam* ſpecificè commendat *Sennert.* aquam virtutis *L. II. Prax. P. III. c. 2. p. 398.*

*Alia.* §. 3. *Palpitationi* opitulatur ▽ ex *corde cervi* Mynſichti, omnibus officinis in Germania nota, *l. c. p. 304.* & *Julebus Plateri L. I. obſ. p. 220.*

*Juleb.* *Vinum.* ℞. ▽ *ſalv.* meliſs. an. ℥ij. vin. alb. ℥j. ſacch. ros. tabulat. ʒij. M. Vinum *cardiacum Rolfincii* hoc:

℞. Fol. card. ben. *ſalv.* roriſmar. ſcord. veron. an. Mß. rad. helen. vincetox.

oſtrut.

Digitized by Google

oſtrut. mors. diabol. an. ℥ii. rha-pont. ver. ℥ß. fl. ſpic. hyperic. bugl. borrag. an. P. iij. Zedoar. cardam. an. ℥j. raſ. ebor. in petia ligat. ℥iij. Mum. ver. ℥j. i. cis. d. ad chart.

*Epithema.*

§. 4. Utile etiam *epithema Mynſicht. l. a. p.* 573. Sacculus *Ranchini de morb. Virgin. Sect. III. c.* 2. *p. m.* 406. talis:

*Sacculus.*

℞. Lign. aloes, ſantal. citrin. an. ℥j. cort. citr. caryoph. anis. fœn. an. ℥j. ſummit. majoran. meliſs. an. Mß. ſtyr. calamit. ℥ß. pulv. diambr. lætif. Galen. diam. an. ℥ß. fl. anth. *ſalv.* ros. an. P. 1. f. pulv. quo de form. ſaccul. cardiacus ex ſerico.

*Clyſt.*

*Clyſma* in *dolore* cordis *Plater. L. II. obſ. p. m.* 402. Adde alium, quô ſolô DEI interveniente gratiâ, puerperam nuper à præſentaneo interitû, præter omnium expectationem, fauſtè liberavimus.

℞. Rad. pol. q. alth. helen. an. ℥vj. fol. malv. mercurial. beton. *ſalv.* an. Mß. fl. cham. cent. min. an. P. ij. ſem. carv. anis. an. ℥iß. Incis. & cont. coq. ex aq. ſimpl. Col. ℞. ℥x. in quibus diſſolv. elect. diacathol. bened. laxat. an. ℥ß. Mell. ros. ℥vj. ol. chamomill. ℥j. f. clyſt.

Vix horulâ elapſâ largiter operari



Digitized by Google

cœpit, ceſſante omni dolore & anxietate cordis, ut miſella femina, cui ad funus jam omnia erant parata, è faucibus lethi verè erepta ſit, nullô ampliùs adhibitô medicamine.

## CAPUT VI.

## DE USU SALVIÆ IN DELIQUIO ANIMI, ET VIRIUM IMBECILLITATE.

§. 1.

*Aquæ.* OMnibus *frigidis* cordis affectibus, ejusque palpitationi & animi defectioni, inſigniter ſubvenit *aqua cordialis calida Mynſicht. l. c. p.* 306. aqua carbunculi *Dorncreil. in Diſpenſator. P. II. c. 7. p. m.* 31. *aqua vit. compoſita Auguſtanorum* in *Pharmacop. Claſs. XV. p. m.* 538. modò pro ℔j. *fl. ſalv. odoratæ* recipias ℥ij. ſeu unam, & cetera, ad mentem *Zvvölferianam*, obſerves. Aq. *vit. cordial. Ang. Salæ in append, hydrelæol. c.* 5. *p.* 108. *aqu. vit. alb. Dreſdenſ.* apud *Sennert. L. II. Prax. p. m.* 429. & *aqua odorifera* pretioſa apud *eund. l. o. p.* 419. nec non iſta *Wirſungii* im Artzney-Buch / *L. VIII. c. 6.* cujus ingredientium farrago quodammodo tamen indiſtincta videtur. Conf. *Sect. II. P. I. Membr. I. c.* 1.

§. 2. Omne punctum autem fert

*Spi-*

*Spiritus cephalicus Auguſtan. in Mantiſs. Hermetica p. m. 746.* qui meretur tranſcribi:

℞. Flaved. cort. citr. pomi recent., ſem. pœon. rec. excort. an. ℥iv. bacc. junip. matur. laur. decort. an. ℥ij. cinam. acut. ʒiij. lign. aloës opt. dictamn. alb. caryophyll. an. ℥j. N. moſch. macis, galang. min. coſti alb. arom. an. ℥ß. ſantal. citr. odoratiſs. cardam. min., piper. alb. an. ʒiij. longi ʒj. macerent. c. ℔iiij. 🜄 rectif. optimè, ſtent in infus. per x. ♁ Inſuper

℞. Menth. criſp. lavend. puleg. nepet. *ſalv. nob.* fœn. meliſs. an. ℥iij. inf. c. vin. malvat. opt. ℔v. ſtent. per ♁ vj. poſt deſtilla; deſtillat. add. priori 🜄 colat., & ſimul mixt. diſſolv. ſacch. cand. alb. ℔j. Col. iterum, addit. in fine croc. orient. ʒj. ambr. el. gr. xv. & moſch. finiſs. ℈ß. in ſindon. tenui ligat. S. uſui.

Non tantùm cerebrum & omnes ejus functiones mirè corroborat, catarrhos diſcutit, præſervat àb apoplexia, epilepſia &c. ſed verbo; omnibus à frigiditate morbis ſummopere conducit.

§. 3. *Elixir vitæ Matthioli* tantô; quô *Elix.*

quô vulgo mactatur, elo[illegible] dignum eſt: poſſet tamen juxta [illegible]ionem *Zwölf.* parari, ſi omnin[illegible] velis. Vid. *Pharm. Aug. p. m.* 517.

*Pulv.* §. 4. Quid laudis mereatur *pulv. vitæ* Comitis de *Salburg* in *app. p. m.* 117. à *Birling. annex.* ipſemet judica. Longè concinniorem, *Salviâ* inſignem, vino immerſit *Plater. L. I. obſ. p.* 219.

*Sal.* §. 5. *Sal cordiale Mynſicht. l. c. p.* 196. ſi dextrè conficiatur, quàm maximè valet:

℞. Rad. caryophyllat. bugloſs. an. ℔ij. H. roriſm. *ſalv.* meliſs. an. ℔j. ſem. ocymi caryophyll., cort. citr. an. ℔ß. fl. quinque cordial. tunic. an. ℥iv. M. & calcina, vaſe undique firmiter clausô, poſtea add. Ciner. cinam. ℥iij. & cardamom. & caryoph. an. ℥iß. croc. orient. macis an. ʒiij. extrah. è ciner. mixt. c. 🜄 cordial. ⊖ pulcherrimum. doſ. à ℈ß. ad ℈j. in aq. cordial.

*Acetum.* §. 6. Nec *acetum* ejus aromaticum ſuo privandum encomio *l. c. p.* 361. approbamus etiam *cucupham*, Comiti *Cucupha.* Mansfeldio à *Greg. Horſt. L. III. obſ.* 17. præſcriptam. Binos *balſam. vitæ* *Balſam.* notavit *Schröder L. II. Pharmac. Med.*

*Chym.*

Digitized by Google

*Chym. c.* 41. *p.* 157. *ſeqq.* & *epithema Mynſicht.l.a.p.*373. ac *Frid.Hofmann.* in *Theſ.Pharmaceut.p.*34.

## CAPUT VII.

## DE USU SALVIÆ IN VULNERE PECTORIS, ET SANGUINE COAGULATO.

§. 1.

IMmiſcuit *ſalviam* decocto ſuo Excell. D. *Sim. Schulz*, Amicus venerandus, optimo cum ſucceſſu in graviſſimo *pectoris vulnere*, quo de legi meretur *Cl. Bonet. L. II. Med. Sept. Sect. XXIV. c.* 1. *p. m.* 500. ſeq. Et ad præcautionem ſymptomatum vulnera concomitantium decerpit *ſalviam Gockelius* noſter, Curioſorum *Alector*, Amicus & Collega pl. colendus, *Cons. Med. p.* 347. *Decoct.*

§. 2. Quamvis non ſemper, plerunque tamen, ſanguis coagulatur *in pectore*, quem potenter diſſolvit *ſalvia*. *Unguentum* Reginæ *viride* non aſpernabimur, ſi cum *Zwölfero* dextrè præparaveris. *Ph. August. Cl. XVII. p. m.* 638. Egre[illegible]um etiam *viride butyrum* potabile F. F. & multiplici experientiâ à nobis probatum: *Unguent.*

℞. *H. ſalv.* hyſſop. praſs. menth. beton: ſcolopendr. ſcab. cich. fœnic. meliſs. *Viride.*

verom

veron. matriſylv. aquileg. rut. petroſel. millefol. cent. min. agrimon. ariſt. rot. plantag. c. toto an. Mij. but. majal. ℔viij. inf. herb. omnes recent. ſuo quamlibet collectionis tempore in butyro, ſtentque, donec omnes collegeris & infuderis, poſtea expr., Expreſs. coq. ad conſumt. ▽ſitatis. F. l.a. unguent.

*Sanguinem coagulatum* reſolvit, dolores lenit, mucilaginem pulmonum demulcet, & expellit. *Schrod. L. II. Pharm. c. 87. p. 310.*

*Obſ. pract.* §. 3. Juvenis ruſticus *Wüllerſhuſanus* nuper ex plauſtro, fœno onuſto, in pratum deſiliens, altero die graviſſimas dextri *lateris punctiones* ſenſit, cum crebriori *ſputo cruento*. Præmiſsâ venæ ſectione, aliisque, quæ ad rem utilia videbantur, tàm in- quàm externis, notabile profectò adjutorium pauperculo tulit *Viridis butyri* uſus. *Alia.* Alius *Mihlanus*, quem *taurus* cornû feriebat, idem optato cum ſucceſſu uſurpavit. *Alia.* Alius ex vicina *Valle*, qui *equo* delapſus erat ebrius, eôdem feliciter *Alia.* ſibi redditus. Puella, à ſceleſto milite *de ponte* in aquam dejecta, ſolâ V. S. & *butyrô* hoc ſervata eſt. Pluſcula hujus rei experimenta in *Diariis* meis

occu-

occurrunt; ſed cui bono ea attexam? Prudenti igitur pauca!

## CAPUT VIII.

## DE USU SALVIÆ IN DOLORE MAMMARUM.

§. 1. *Obſ. pract.*

PUerpera *Lüchtringenſis* ſentiebat graviſſimos & vix tolerabiles *mammarum* dolores, à veneficis [ut vulgus ſubitò retur] immiſſos. Suſpicionem omnibus exemi, *mammas* ſaltem calidè fovendo ſacculo, in quo ex ▽ s. coxeram fl. cham. melilot. *fol. ſalv.* nob. & ſem. hyoſcyam. Omnis ſtatim dolor miraculi inſtar evanuit.

§. 2. Alia, Præfecti excubiarum, *Meyeri*, conjux, in exercitu Glorioſiſſimi olim Principis mei, Domini *Chriſtophori Bernharti*, Epiſcopi Monaſterienſis, &c. extra puerperium *ſimiles* perpeſſa dolores, *eodem* remedio fauſtè reſtituta eſt. *Alia.*

§. 3. Ruſticus è *monte S. Jacobi*, Diœceſ. Corb. ſub *dextra mamilla* intenſiſſimis doloribus compunctus, ſuasû Parochi cujuſdam, cui, ex relatione mulierculàrum, ἐυπόριστον meum innotuerat, ſolis fl. cham. fol. hyoſcyam, & *ſalv.* in lact. coct., & in ſaccul. expr., calide *Alia.*

lide applic., ocyus ab omni cruciatû redemtus eſt.

*In lactis redundantia.* §. 4. Etiam ad *lactis redundantiam* valet *ſucc. ſalv.*, menth. petroſelin., an. q. v., ſi pannus in eo maceratus *mammis* imponatur. *Sennert. L. IV. Prax. P. III. Sect. 2. c. 2. p. m.* 519. & fauſtum hujus rei experimentum memini, nuper in paupercula *Iſenacenſi*, ante portam *Nicolaitanam*, factum.

*Obſerv.* §. 5. Militis cujusdam uxor, quam vulgò vocabant Schlöſſers Käth/ *mammillarum inflammationem* valdè *dolorificam* hoc cataplaſmate inſigniter demulſit & pepulit:

℞. Farin. fabar. cui admiſce herb. ſenecion., rad. althææ, & *fol. ſalv.* F. cataplaſma.

*Alia.* Alia farinâ fagopyri, *fl. ſalv.* & malv. arboreſc. idem præſtitit.

*Alia.* §. 6. Alia in Saxonia inferiori exquiſitiſſima *dextra mammilla* tormenta ſolis pomis putridis, foliis & floribus verbaſci, *ac ſalviæ hortenſis*, adjectô pugillô croci, breviſſime profligavit. *Alia.* Obſtetrix ad Viſurgim crebriori in uſu habebat unguentum ex *oleo bufonum*, qui ſub *ſalvia* habitantes M. Junio in aurora capti fuerant. *Alia.* Alia fol. malv., *ſalv.* & flor. chamomill. vulg.,

in

vulg., in oleo communi coctos, calidè imponebat. Alia ex fimo ovino, *aq. ſalv.* & butyro caprino parabat unguentum. Alia puerperæ *ſtercus infantis* ſui adhuc *fumans* cataplaſmatis inſtar impoſuit, internè verò dabat de ſeq. potiuncula: *Alia.*

℞. *Fol. ſalv. hort.* Mj. fl. chamom. roman. P. ij. galang. min. cubeb. an. ʒj. croc. P. 1. Concis. & cont. include nodulo, ſuperfunde vin. alb., & bibe ſingulis matutinis ℥iij.

Hoc ſanè rugoſa Vetula *ſummi ſecreti* inſtar cuſtodiebat, quod tandem à filia ejus, meæ curæ tunc commiſſa, facilè obtinui; Lege & judica.

# SECTIONIS II.
## PARS III.
De
# USU SALVIÆ
## SPECIALI.
In
## AFFECTIBUS INFIMI VENTRIS,
Cujus
# MEMBRUM I.
DE
# AFFECTIBUS VENTRICULI.
## CAPUT I.
## DE USU SALVIÆ IN FRIGIDIS VENTRICULI AFFECTIBUS.

§. 1.

*Fab. Menenii.*

NOn minùs ingenioſè, quam diſertè & venuſtè *Menenius Agrippa* diſcordes Romanos ad concordiam revocaturus, recitabat de diſſidio humanorum artuum cum *ventriculo* fabulam. Suâ curâ,

Digitized by Google

curâ, ſuô labore ac miniſterio omnia ventri quæri: ipſum verò in medio quietum, nihil aliud, quàm datis voluptatibus frui, artus omnes clamabant, eique ulterius famulari pertinaciter negabant. *Livius Dec.I. Lib.2. Val. Max. L.VIII. c.I. Flor. L.I. c.22.* Cum verò omnia membra cum toto corpore ad extremam tabem veniſſent, apparuit ſanè, ventris quoque haud ſegne miniſterium eſſe, nec magis ali, quàm alere eum, reddentem in omnes corporis partes, hunc, quô vivimus vigemusque, diviſum pariter in venas maturum confecto cibo ſanguinem. Ut valet *ventriculus*; ita totum corpus. Qualis enim Rex, talis etiam grex. *Rex* autem *Ventriculus*, encomiô *Q.Ser. Sammoni c.17.* *Stomachus Rex.*

*Qui* ſtomachum Regem *totius* corporis *eſſe*
*contendunt, verâ niti ratione videntur.*
*Hujus enim validus firmat tenor omnia membra,*
*& contra ejuſdem franguntur membra dolore.*

Non mihi, ſed *populo*, ajebat *Hadrianus*. Non *mihi*, ſed *corpori*, infit *Ventriculus. Toti* enim inſervit, dum cibum & potum, caloris innati & humoris fermen-



Digitized by Google

talis beneficio, in chylum, pro futura ſanguinis generatione, commutat, commutatum ita ad inteſtina cum chylo ulteriùs perficiendo tranſmittit. Chylus autem ex inteſtinis per venas lacteas ad glandulas lumbares, inde ad ſubclavios ablegatur ramos, ut cum ſanguine ad cor deferatur; & ibidem in ſanguinem pariter mutetur. Suo autem officio Ventriculo exeunte, ſubtractâ ſanguinis materiâ, totum demum corpus ad tabem venire neceſſe eſt, vel eôdem laborante, vitioſus elaboratur chylus, cujus error nec in ſecunda, nec tertia corrigitur concoctione, adeoque vitium hoc in omnes manat partes, totumque in conſenſum trahit. Πάντα tamen καλῶς, quod & vitiis ſtomachicis *Salvia* noſtra citò, tutò & jucundè mederi non neſciat.

*▽ ſtomachal.* §. 2. Næ inter omnia ſimplicia *ſtomachica* eminet *Salvia*, ceu cupreſſus inter myricas. Aqua *Timæana l. c. p.* 400. eſt hæc:

℞. Rad. calam. aromat. ℥j. galang. zedoar. an. ℥vj. pimpinell. enul. an. ℥ß. fol. menth. meliſs. an. Mij. Com. abſinthi Mj. fl. tunic. ros. *ſalv.* an. Pij. Cort. citr. aurant. an. ℥ß. nuc. moſch. ℥j. cinam. acutiſs. ℥iij. macer. ℥ß. piper. long. ℥ij. caryoph. ℥vj. gran. paradis. ℈iv. cibebar.

Digitized by Google

bar.exemt.acinis℥iiij.medull.pan.ſili-gin.℔iß.vini malvat.℔xij.ſtent in di-geſtione per triduum,poſtea deſtill.

*Mynſicht, Armament. Med. Chym. Sect. xix.p.m.*307, dabit hanc: *Alia.*

℞. Galang.min.℥iß.caryoph.nuc.moſch. cinam. acut.Zingib. alb. maſtich. el. rad. pimpinell. enul. camp. acor. a-quat.an.℥j.menth.criſp.ʒvj.roriſmar. *ſalv.* acut. abſinth.an.℥ß. cardamom. utr. calam. arom. macis, piper. long. ſem.ameos an.ʒiij.ſchænant.ſpic. ind. lign.aloës an.ʒij. M.& cont.macer. in Vin. malvat.℔viij. ▽ puleg.& meliſs. an. ℔j. per xiv. dies, poſtea in MB de-ſtill. doſis à cochl.j. ad ij. vel iij., vel ab ℥ß. ad ℥ij.

Aliam, ſummè etiam utilem, præſcri-pſit *Dornkreil. P. II. diſpenſat. c. x. p. m.* 41.aliam *Timæus in app. ad epiſt. p.* 446.2, *Alia.*

§. 3. Potio digerens, incidens & de-tergens *Cl.Horſt.L.IV.obſ.*1. talis: *Potio.*

℞. Squill. præp.ʒiß. helen.ʒj. H. menth. *ſalv.* abſinth. an. Mj. fl. chamom. P.1. ſem.fœn.anis.an.ʒiß.galang.cinam.an. F.decoct.in s.q. vin. ad tertias Col.℔j. ℈j. qua de ſum. quotidie bis, 3. hor. ante cibum, ℥iiiß. & cum oxymell. ſcyllit.℥ß. permiſceant.ſiatque conti-nuatio per quatriduum.

§. 4.

Digitized by Google

§. 4. Nobilius & efficacius *ſtomachicum* in tota rep. medica vix invenies, quàm *elix. ſtomachale Mynſicht. l. a. p.* 270. In qualicunque enim ventriculi affectu frigido-humido ingens & incomparabile ſecretum eſt. Suprà modum ſtomachum cum inteſtinis confortat, & ſimul omnia membra refrigerata calefacit, & appetitum quàm bellè excitat. doſ. cum ▽ Myns. ſtomach. ſeu menth. criſp. &c. à ℈ß. ad ℈j. Compoſitionem nolo tranſcribere, cùm in officinis paſſim proſtet, ipſeque *Mynſichtus* omnibus notiſſimus. Omnia autem verè ita eſſe, ut Nobiliſſimus Autor aſſerit, bonâ fide teſtor, divinas hujus Elixirij vires multiplici experientiâ probans. Familiariſſimum mihi eſt, exque voto mihi ſatisfecit ſemper, ut ſatis prædicare neſciam. Add. Alichſiro ſtomach. *Rolf. L. IV. Chym. S. II. c.9.* & Elixir *Frid. Hofmanni in Theſ. Pharmaceut. p.* 59.

Elect. §. 5. *Electuarium Cratonis L. IV. conſil. 64. p.* 381. non ſolùm ventriculo, ſed & hepati ac cordi, maximè proficuum, & pro Illuſtriſſimo quodam Principe præſcriptum, hujus tenoris.

℞. Cons. ros. ℥iij. fl. anth. ℥ij. *ſalv.* ℥ß. ſp. arom. ros. compl. ʒiß. Cort. citr. condit. ℥iij. caryoph. incis. ʒj. M. f. elect.

doſ.

doſ. magnitud. caſtan. aliquoties in ſeptimana.

§. 6. *Sacculum ſtomachalem* ita contexuit *Grüling. C. II. obſ. 67.* *Sacculus.*

℞. Abſinth. meliſs. menth. an. Mß. *ſalv.* rut. roriſmar. ſerpill. origan. an. P. ij. cal. arom. ℨij. nuc. moſch. n. 1. caryoph. ℨß. ſem. anis. fœnic. coriand. an. ℨj. rad. ireos fl. ℨß. incis. & cont. D. pro ſacculo.

Alium dabit *C. VII. obſ. 56.*

*Epithema.*

§. 7. *Epithema ſtomachicum Cl. Zwölferi* in *append. ad Pharm. Reg. Claſs. xv. p. m.* 177. multis aliis palmam facit dubiam.

℞. H. recent. cal. arom. menth. criſp. abſinth. roriſmar. *ſalv.* an. ℥vj. cardamom. min. cinam. opt. caryoph. macis, N. moſch. piper. long. an. ℨij. bacc. laur. ℥ß. maſtich, elect. ſtyr. calam. an. ℨiij.

contunde diu multumque in mortario, poſt diluantur cum vino malvat. ℔iß. V. ℥iiij. Col. per linteum colatorium rarum, ut potiores ſpecierum contuſarum partes per illud tranſeant, liquor colat. & expreſs. petiâ quadruplâ in eo madefactâ regioni ſtomachi ſæpius applicetur calidè. Cur verò hujusmodi epithema ex plantis recentibus conficiat, non



Digitized by Google

mirabitur, qui vim efficaciamque in plantis recentioribus longè majorem conſiderabit, quæ licet non ſingulis anni temporibus germinare ſoleant, nihilominus hæc ipſa epithemata [quæ, pro quolibet infirmo, æquè verno, æſtivo, ac autumnali tempore ſigillatim parari poſſunt,] urgente neceſſitate ſat diu in cellariis incorruptè aſſervari queunt, ſi, uti moris eſt, in ſuccis herbarum conſervandis, vitris ſtrictioris orificii imponantur, & oleô ſuperfuſô ab aëre præſerventur.

Ol. §. 8. *Oleum ſtomachicum* compoſitum laudati *Zvvölferi l. cit. p. m.* 181. tùm externo, tùm interno uſui ſaluberrimè deſtinatum, magni ſanè ponderis.

℞. Olei olivar. recent. ℔ij. cui immerge minutim concis. abſinth. noſtr. menth. criſp. odorif. an. recent. ℥v. roriſmar. *ſalv.* an. recent. ℥iij. calam. arom. recent. ℥iiiß. bacc. laur. ℥ij. junip. ℥j. caryoph. ℥ß. ſtyr. calam. ℥j.

Factâ digeſtione ſufficiente ebulliant parum in alemb. vitreo, ſuô capitellô munitô, ut humiditas, quæ tranſit, reaffundi poſſit reſiduo, coletur tandem oleum, dum omnia refrixerint, ſpeciesque exprimantr., expreſſo, colato, & à reſidentia, poſtquam aliquamdiu quietè ſtete-

ſteterint, ſeparato vel decantato 🜄 add., ac in eo liquefac

Maſtich. elect. ℥iij. ol. nuc. moſch. expr. ℥iß. M. leni in calore, ut f. oleum.

§. 9. *Unguentum ſtomachale* à Reverendiſſimo ac Illuſtriſſimo Epiſcopo & Principe Genevenſi, D. *Franciſco de Salis*, communicatum dedit *Birling*. in *append. ad. C. I. advers. Curios. p. m.* 133. Ego ſenim, ob nimiam prolixitatem, tranſcribere nolui. *Unguent.*

§. 10. Civis quidam de humido & frigido Ventriculo valde conquerens, ſeq. elect. fauſtè & brevî reſtitutus eſt. *Obſ. pract.*

℞. Myrob. chebul. cond. ℥ß. agar. rec. trochiſc. ℈j. troch. alhand. gr. xv. croc. ♂tis aper. ℈ß. ſp. diambr. ʒj. ſal. abſinth. *ſalv*. an. gr. xij. c. ſyr. acet. citr. ſ. q. f. elect.

Idem præſcripſi *Baroniſſæ ab Hellen*, felici cum ſucceſſu. Doſ. quantitas cochl. mediocris. Commendavi pluribus, & ſingulis optimè profuit.

§. 11. Alius imbecillitate Ventriculi & flatibus multo cum phlegmate, diſtentus, & miſerè cruciatus, ſummo cum emolumento ſeq. uſus eſt aquâ.

℞. H. ſerpill. cum flor. Mj. fl. cham. rom. cent. min. fol. menth. criſp. *ſalv. acut*. an. Miß. bacc. laur. excort. junip. an. ℥j. calam.

calam. arom. ℥iß. Rad. Zedoar. gal. min. flav. cort. aurant. ſicc. an. ℥j. ſem. cumin. anis. fœn. carv. an. ℥iiß. concis. & cont. inf. in vin. rhen. ℔iij. per quinque ℘ ſœpius interim agitando, poſtea deſtilla ſ. a. Doſ. cochl. iij.

Addidit ipſe *pulv. ſtomach. domeſt. Rolfincii in Med. Comment. Special. L. IX.* S. I. c. 1. *p.* 736. & 741.

## CAPUT II.
## DE USU SALVIÆ IN DOLORE VENTRICULI ET ANOREXIA.

§. 1.

*Saccul.* DOlori *Ventriculi* à flatu, tunicas ejus divellente, injectô clyſtere, cum *Laz. River. L. IV. Prax. c. x. p. m.* 120. tutò admovebis fotum ſequ.

℞. Rad. cyperi, galang. calam. arom. an. ℥j. fol. menth. puleg. hyſſop. origan. majoran. *ſalv.* an. Mj. ſem. anis. fœnic. carv. dauci, bacc. laur. an. ℥ß. fl. chamom. melilot. anth. lavend. an. P. 1. Cont. & conſcis. includ. duob. ſaccul. qui bulliant in vin. generos., dein expreſſi ventriculo & toti ventri alternatim admoveantur.

*Aq. ſtomach.* §. 2. *Anorexiæ* ſubvenient binæ hæ aquæ ſtomachicæ, à *Grüling. L. III. Prax. P. I. c. xi.* annotatæ, quarum poſterior,

ejus

ejus encomio & experientiâ, valde efficax ad ventriculum calefaciendum, nauſeam, vomitum, appetitum dejectum, confortandum hepar & lienem, omnesque cachexias. Et eſt talis:

℞. Cinam. elect. ℥iß. Rad. calam. arom. ℥ij. caryoph. macer. an. ʒiiß. Zingib. ʒj. cubeb. cardamom. an. ʒij. *H. ſalv.* menth. beton. abſinth. majoran. ambroſ. meliſs. hyſſop. an. Mj. fl. lavend. ros. an. P. ij. ſem. anis. fœnic. coriand. an. ʒj. incis. & cont. ſuperfund. s. q. vin. rhen., ſtent in loco calid. per 3. ♌ ut digerantur, deinde l. a. deſtilla.

§. 3. *Apozema* incidens & expellens *River. L. IV. Prax. c.* 1. hoc: *Apozema.*

℞. Rad. acor. vulg. cyperi cal. arom. an. ʒj. cort. citr. ſicc. rad. ſarſaparill. an. ʒvj. ſem citr. anis. an. ʒiij. ſenn. mund. ℥ij. epithym. fol. abſinth. pont. menth. majoran. chamædr. chamæp. an. Mj. cartham. cont. ℥j. agar. troch. ʒiij. *fl. ſalv.* anth. lavend. an. P. 1. Coq. ad ℔iß. in aq. diſſolv. ſyr. de abſinth. pont. cond. cort. citr. an. ℥ij. f. apozema clar. & aromat. pauco cinam. & pulv. elect. arom. ros. pro iv. doſ. matutin.

In quarum prima & ultima diſſolvi poſſunt, ad uberiorem purgationem, elect. de citro ſolut. ʒiij. cum rhabarb. pulveriſat. ℈j.

§. 4.

Pulv. §. 4. Pulvis *Grülingianus hic L. III. Med. Pract. c. xi. p. m. 234.*

℞. Cinam. ʒij. galang. caryoph. N. moſch. macis, Zingib. Zedoar. maſtich. an. ʒiij. *fol. ſalv.* ſem. anis. fœnic. rut. carv. an. ʒiiß. Rad. pimpinell. glycirrhiz. oliban. an. ʒij. ſacch. cand. alb. ℥iiß. f. pulv. doſ. à ʒß. ad ʒj.

In bulimo. *Sacculos ejuſd. vid. l. c. & C. vi. obſ. 61.* vel utere *Riveriano* §. 1. præſcripto. Contrà in *nimia ventriculi appetentia* commendatur *vinum Salviæ.*

## CAPUT III.

## DE USU SALVIÆ IN RACHITIDE.

§. 1.

Rachitides Anglorum affectus eſt, ex inæquali ſucci nutritij diſtributione ortus, ob cujus defectum, vel ſuperabundantiam, partes aliæ nutrimento privatæ marceſcunt & macreſcunt; aliæ verò plus ſatis nutritæ in molem juſtô majorem augentur. In hoc affectu [ quem hûc transſtulimus ] conducunt hæ *rotulæ*:

Rotulæ. ℞. Rad. oſmund. regal. ʒiß. pæon. mar. flav. aurant. cond. ʒiij. lign. ſantal. citr. ſem. naſturt. aquat. an. ℈j. ſacch. q. s. in ▽ oſmund. regal. ſolut. f. rotul. vel tabul. pond. ʒj. ſumat infans bis in die ʒß. vel ʒj. ſuperbibendo ▽ ſeq.

℞.

℞. Rad. ari, pæon. mar. oſmund. regal., vel filic. mar. an. ℥iiii. *fol. ſalv.* beton. naſt. aquat. beccab. veron. mar. hepat. ſummit. abiet. an. Miij. jugland. virid. ℔ß. Milleped. lot. ℥iij. caſtor. ʒj.

Incis. & cont. affund. ſeri lact. ex vin. alb. parat. ℔vj., deſtill. communi deſtillatorio liquor totus. Miſc. Doſ. ℥j. ad ℥ij. bis in die.

§. 2. Unguentum *Doleanum* intus & extra uſurpandum, quô nuper puerum 3. annorum curavit, hoc eſt: *Unguent.*

℞. Fol. oſmund. regal. virent. [i.e. filic. maris] Mvj. *ſalv.* rub. anagallid. an. Mj. fol. laur. major. roriſmar. an. Miß. ſucc. herb. cardiac. & becab. ac naſturt. aquat. nec non trif. fibr. an. ℥j. bacc. junip. ʒj.

Concis. omnia minut. contund. in mortar. lign. vel marmor. c. ℔vj. butyr. majal. non ſalit., dein macerent. dies 14. tum paulatim liqueſcant in MB. & cùm fermenteſcere incipit F. expreſs. & unguent. S. ad uſum.

Excell. *D. D. Dolæus L. vii. Encyclop. Med. c. xiii. p.* 1033.

§. 3. In eodem affectu laudat Celeberrimus Vir hoc decoct. pag. ſeq. *Decoct.*

℞. Rad. oſmund. regal. ℥iij. fol. beton. *ſalv.* roriſmar. majoran. naſt. aquat.

an.

an. Mj. fl. chamomill. melilot. ſamb. an. P. I. bacc. laur. junip. an. ℥ß. coq. in s. q. ▽ font. ad ℔ij. add. vin. alb., vel ▽ vit. vulg. ℔j. Col. S. uſui.

*Unguent.* §. 4. Unguentum Cl. *Mayovij* in eodem affectû hoc:

℞. Fol. ſamb. majoran. roriſmar. laur. *ſalv.* beton. ſummit. lavend, an. Mij. bacc. laur. junip. an. ℥j. M. incis. & contuſ. inde vaſ. idoneo cum butyr. majal. vel recent. non ſalit. ℔iij. & ▽ vit. ℔ß. coq. lent. △ ad ▽ vit. conſumtion., Expreſs. adhuc calid. add. ☋ nuc. myriſtic. per expreſs. ℥ß. balſ. peruvian. ʒj. f. unguent.

Locô butyr. majal. ſubſtitue medull. bovin. ſeu ſev. cervin., & ol. lumbric. vel vulpin. an. ℔iß. *D. Dolæus loc. citat.*

## CAPUT IV.

## DE USU SALVIÆ IN SINGULTU.

EPiphanius Ferdinandus hiſt. xxvij. per DEUM teſtatur, *ſingultum* in *febribus malignis*, tanquam *characterem* ſumme *exitialem*, ſibi eſſe obſervatum. Et ſic revera eſt. Referam tamen ex ſterili mea praxi tria exempla, mihi ſanè notanda. *Obſerv. pract.* *Melchior* Suthof/ coquus aulicus Guelferbyti, annô 1684. tempore autumnali, ardentiſſimâ febri cor-

correptus, cum graviſſimis ſymptomatibus, è quibus princeps ferè *ſingultus continuus*, ad *triduum*, & ultrà perſeverans, nullique, etiam probatiſſimo, remedio tantillùm cedens. Contraxerat ſibi hunc à nimio usû ſucci, ex fol. ſempervivi expreſsi. Tandem cùm omnia viderentur conclamata, ipſeque per totam urbem pro mortuo haberetur, levi hoc remediô domeſticô, à lethali malo bonum Virum liberavimus:

℞. Fol. card. bened. abſinth. cent. min. an. Miij. *Salv. nobil.* Mij. bacc. junip. ℥ij. ſem. anis. ℥j. Incis. & cont. d. pro ſaccul. ſtomach. coq. in ▽ ſ., expreſs. applic. calid. crebriùs id repetendo.

§. 2. *Suſanna* Völckerin / extra muros urbis habitans, febri malignâ *lethaliter* decumbens, *ſingultû* inprimis *triduanô*, & ſudoribus frigidis moleſtabatur maximè. Commodè autem incidit mihi adhuc ſacculus *Sûthofianus*. Itaque ut nihil in paupercula intentatum relinquerem, ſubitô præſcriptas herbas colligi juſſi. Quæ cum dictô modô applicarentur, ceſſavit *ſingultus* eâpſe nocte, deſiêre ſudores frigidi, ipſaque ſenſim integrè ſibi reddita, ut ipſa adhuc fatebitur cum domeſticis. *Alia.*

§. 3. *Henricus Andreæ*, Civis & Piſtor *Alia.*

ſtor

ſtor *Iſnacenſis*, in platéa *Georgiana* habitans, Mens. Mart. hujus anni febre maligna, per urbem graſſante, etiam correptus, conſulit ſtudioſum quendam. Qui, quod potuit, fecit. Ipsô *Gregorij* die, qui erat XII. ejus menſis, morbi autem ſeptimus, circa meridiem ſubitò vocor. Advolo: ſed ecce! triſte visû, domeſtici cum Pl. Reverendo Domino *Joh. Ludov. Gumbrachtio*, Superint. Saxo-Iſnacenſi Generali, Viro ut Zeloſo, ſic Religioſo, Fautore & Amico meo pl. honorando, in terram proſtrati, manantibus genis pro ſalute animæ decumbentis preces ad DEUM fundebant, ipſe verò ἄφωνος jacebat inſtar trunci. Vera dico: omnes defecerant ſenſus. Oculi adhuc quidem aperti, ſed rigidi, concavi, & immoti. Ne ſignum quidem, vel nutû aliôve modo, edere poterat amplius. Manus adhuc movebat interdum, ut floccos legeret, quod laudatus Dn. Superintendens, unà cum domeſticis, bonâ fide teſtabitur fuſiùs. Cum quo etiam re infectâ diſceſſi, inunctis tamen carpis balſamô quôdam penetrantiſſimô, quod Doctori meo Sorano, Exercitatiſſimo *Cortnumio*, Regio ibidem Profeſſori, adhuc debeo. Circa veſperum potiunculam propinavi ex merè cordialibus & confortantibus, quæ

tamen

tamen malignitati ſimul erant inimica. Quievit. Alterô die ſummô mane compono eum ad ſudorem, leviorem quidem, at certè ſaluberrimum. Siquidem *nonus* dies, quem omnes formidabant, totô morbi tempore ipſi *optimus* fuit. Intra octiduum cum regimine diætæ dimiſi eum in pace. Nulla poſthac ſecuta eſt *criſis*, quam etiam Natura non facit, niſi quando vel ex *coñiventia*, vel *ignorantia*, ſeu *malitia* Medici, ſtatis diebus totum onus bajulat. Ego ſanè, monente *Helmontio L. de febrib. c. xi.* §. 18. ante *criſin* ſemper ſtudui morbum ſuperare, ſin ſecus egero, dic ſodes, quid Medicæ artis auxilio adſcribere velis? Cumque *ſingultire* aliquando cæpiſſet, ſubitò ſacculum meum ventri juſſi imponi, magno cum ſucceſsû. Scilicet *Natura paucis contenta* ſimplicibus gaudet, *& ſæpe* unicâ herbulâ appropriatâ *morbus* citiùs & tardiùs *profligabitur, quàm* prodigioſis iſtis *compoſitionibus*, ait *Frid. Hofmannus L. I. M. M. c. 4. p. 23.* Ego interim cum veterano *Hofmanno* Aldorfino in *præfat. in mater. officinal. c. f.* rogo Te, quisquis es, bonæ mentis vel *Medicus*, vel *Pharmaceuta*, vel *Chirurgus*, confide poſt Deum *conſcientiæ* tuæ, quæ per *Hippocratem* [VI. *Epidem. Sect. 2. text. 50.*]

*Monitum pro medicis.*



Digitized by Google

præcipit tibi, morbis *non obeſſe*, ſi *prodeſſe* nequeas. Ego à tyrocinio Artis meæ quotidiè cum timore: *Domine, quibus non dederis ut ſim* remedio, da *ſaltem*, ut *ſim* levamini, *ſim* ſolamini, *nulli* pernitioſus, *omnibus* utilis. *Da mihi* animi firmitatem, *ne deſperem*, *poſſe* curari *morbum, ſi non* abs me, à te *tamen*, *ô Salus hominum*! *Plerique* Medici [ait *Hippocrat. Lib. de veteri Medicin.*] eadem, quæ *mali navium gubernatores* admittere mihi videntur. Illi enim cùm in *tranquilitate gubernantes delinquunt*, nemo eos *delinquere* animadvertit. Quòd ſi verò *vehemens ventus*, aut *tempeſtas* illos oppreſſerit, tunc *omnibus* manifeſtè conſtat, navem *eorum imperitiâ* & *culpâ* fuiſſe perditam. Ad hunc ſanè modum *mali Medici*, quando homines nihil *grave patientes* curant, in quibus vel *graviſſimi errores* commiſſi, non *magnam* tamen *noxam* inferunt. Sunt autem multi hujuſmodi morbi, ac *longè frequentiores*, quàm ij, qui *cum periculo* conjuncti ſunt. In talibus, inquam, delinquentes *idiotis* & *plebejis* manifeſti non fiunt. Ubi verò in *magnum*, *vehementem* ac *periculoſum morbum inciderint*, tunc ipſorum ars *&* *errores omnibus* ſunt in conſpicuo. Utinam, & millies ô utinam

ut inâ miſelli iſti homunciones ſaperent, intelligerent, & noviſſima providerent! *Deut. xxxii. 29.* Quantum enim *lucellum* cum *jactura* animæ? *Matth. xvi. 26.* Adde, ſi placet, *D. Lentilii*, Phyſ. *Nordlingens.*, Curioſor. *Oribaſii, obſervat. cum Scholio Dec. II. Eph. noſtr. ann. IV. n. 156. p. 292. ſeq.* & Excell. D.D. *Hannemanni*, Curioſorum *Neſtoris II.* Amici honoratiſſimi, *obſerv. 118. in Dec. II. Eph. noſtr. ann. V.*

# MEMBRUM II.

# DE AFFECTIBUS INTESTINORUM.

## CAPUT I.

## DE USU SALVIÆ IN HERNIA INTESTINALI, ET PROCIDENTIA ANI.

§. I.

IN *hernia inteſtinali* ſequens præſcribit *electuarium Cl. Sennert. L. III. Prax. P. II. Sect. I. p. m. 275* ℞. Conſ. roſ. rubr. ℥ij. ſymphit. maj. herniar. tormentill. acor. paluſtr. an. ℥j. *Conſ. ſalv.* ℥ß. cinamom. ʒij. f. c. s. q. ſyr. myrtill. vel corall. electuar. *Electuar.*

Q 2 Quo

Quo de aliquid manè ſumatur, ſuperbibendo hauſtul. vin. malvat., ſeu aliûs convenientis liquoris. Ego in curatione Viri religioſi olim hoc:

*Aliud.* ℞. Cons. ros. rub. antiq. ℥iß. conſol. maj. ℥j. R. tormentill. cichor. an. condit. ℥ß. *fl. ſalv.* cons. ℥ß. f. c. ſyr. plantag. elect.

§. 2. *Fotum*, ita coxit *Crato L. VII. cas. 14. p. m. 67.*

*Fotus.* ℞. Origan.. *ſalv.* dictamni an. Miß. abſinth. ros. rub. burs. paſt. an. Mj. ▽ opt. ℔x. ſem. anis. fœnic. cumin. an. ʒij. coq. ad tertias. Colet.

Alium in *hernia umbilicali* dabit *Sennert. l. c. P. X. c. 2. p. 981.* *Decoctum Grülingianum* hoc; *C. VII. obſ. 98.*

*Decoct.* ℞. H. Sanicul. *ſalv.* herniar. hepat. nob. polygan. plantag. an. Mß. pyrolæ P. iij. rad. ſymphit. maj. ℥ß. bardan. tormentill. pentaphyll. an. ʒiij. ſem. perfoliat. ʒij. coriand. ppt. ʒiij. coq. in s. q. vin. & ▽ chalyb. ad ℔ij. ℞. Colat. edulcor. ſacch. alb. ad gratiam, adde ſyrup. myrtin. ℥iß. M.

§. 3. Ad *ani procidentiam* ſpecifice commendatur *ſalvia* à *Sebizio T. I. ſpecul. Med. Pract. P. IV. Sect. 2. c. 7.* Hinc *Dion. Fontanus*, Doct. Montiſpeſſulan., *L. III. de morb. int. curat. c. 15. p. m. 233.* ſeq. habet decoctum pro fotu: ℞.

Digitized by Google

℞. Primul. ver. *ſalv.* chamomill. balauſt. gallar. rhois obſonior. fl. & fol. verbaſci, cort. querc. fol. pini an. Miß. meſpilor. Mj. coq. in ▽ chalybeat. & vino adſtringent. *Fotus.*

Quô calidè lavetur anus prolapſa, aſpersô tamen pulvere conveniente & ſtringente, quem ibidem ſubtexuit.

§. 4. Puer triennis *exitu ani* laborans, inter alia hoc *balneô* inſigni cum ſucceſſu uſus eſt. *Obſ. pract.*

℞. *Fol. ſalv. cum flor.* meliſs. laur. an. Miij. rad. cynogloſs. ℥ij. coq. in aq. pro balneo, in quo crebriùs chalybs extinguatur.

## CAPUT II.

## DE USU SALVIÆ IN COLICA.

§. 1.

Eſſentia carminativa D.D. *Michaëlis ſalv.* fl. condecorata, & à *Birlingio* noſtro communicata in *append.* ad *C.I. advers. Carios. p. 66.* hæc eſt:

℞. Fl. chamomill. Miij. lavend. Miß. ros. hyperic. verben. ſambuc. prim. ver. *ſalv.* H. chamædr. chamæp. majoran. roriſmar. ſerpill. puleg. an. Mj. rad. imperat. enul. angelic. an. ℥iiij. ireos flor. ℥ij. bacc. junip. ℔j. laur. ℥iij. f. l. a. ſpecies ad eſſent. carminativ. *Eſſentia.*

*Clyſt.* §. 2. Clyſma optimi *Toneri* tale : *L. III. obſ.* 5.

℞. H. malv. alth. mercur. parietar. an. Mj. beton. anth. *ſalv.* an. Mß. fl. chamomill. melilot. aneth. an. P. j. ſem. anis. fœn. carv. an. ʒij. lin. ʒiij. coq. ad. med. in Colat. ℥x. diſſolv. elect. diacathol. ʒvj. diaphæn. ros. Meſv. an. ʒiij. mell. anthos. ℥j. ol. chamom. amygd. d. an. ℥iß. vitell. ov. n. 1. ſal. parum, f. clyſt.

*Alius.* Ego *Reverendiſſimo* cuidam hoc præſcripſi :

℞. *Fol. ſalv.* acut. mercurial. malv. c. tot. rut. n. Mj. *fl. ſalv.* cent. min. chamom. ſamb. melilot. an. Pij. R. alth. ʒvj. ſem. anis. aneth. carv. an. ʒij. bacc. junip. ℥j. laur. ʒiß. coq. in ▽ ſ. Col. ℞. ℔j. cui admiſce bened. laxat. ℥j. elect. hier. ſimpl. ʒij. ♋ chamom. laur. an. ʒiij. ſal. gemm. ʒj. M.

*Obſ. pract.* §. 3. *Nobilis* Matrona, à multis annis *colicô* cruciatu miſerè afflicta, nunc, beneficiô vini medicati, quod ex baccis junip. & lauri, *fol. ſalv.* & roriſmarini, rad. bryon. & helen., nec non. fl. chamomill. vulg. ſibi paravit, benè vivit. Vocor nuper ad Nobiliſs. & ſtrenuum Dominum

*Alia.*

*Joh. Erneſtum*, ab Hanſtein / Equitum Magiſtrum, exquiſitiſſimis doloribus, mox calculum, jam *colicam*, mentientibus,

bus, excruciatum, quos ſacculô fol. hyoſcyam., chamomill. *ſalv.*, bacc. junip. &c. repletô, inque lacte coctô, & ſic loco dolenti impoſitô, brevi ſedavimus; humoribus peccantibus poſtea ſeq. potione feliciter expulſis.

℞. Rad. cich. ℥ß. paſſul. min. ℥j. tamarind. ʒvj. f. ſenn. s. ſt. ℥ß. agar. troch. ℈iv. rhab. el. ʒij. incis. & cont. coq. in aq. s: Col. admiſc. ſyr. ros. ſol. viol. laxat. cich. c. rhab. an. ℥j. fumar. compos. ʒx. cryſt. ♀ gr. xij. Mag. jalap. ℈ß. pulv. rad. jalapp. ℈j. *ſal. ſalv.* gr. xij. M. Doſ. cochl. 5. aut ſex, optimo cum ſucceſsû. *Potio.*

§. 4. Vetulæ *Schönavienſi*, in ſummis anguſtiis & tormentis nuper conſtitutæ, bono cum effectu dedi in aq. carminat. Dorncreilii ♁ *ſtillat ſalv.* gt. iiij. & ♁ citr. gt. V., præmiſso tamen clyſtere, nec aliis neglectis. *Obſ. alia.* Juvenem *Stedtfeldenſem* pudendum tauri [quo de ſummus *Bartholinus C. VI. hiſt.* 50.] ad ʒj. in decoct. *rut.* & *ſalv.* datum, etiam ex voto reſtituit. *Alia.* Radix imperatoriæ, quâvis formâ uſurpata, vel cum ſp. vini, ſeu aq. Veronic., aut chamomill., ſeu decoct. fœnicul., *carv. ſalv.* &c. multis pauperculis eximiè profuit. Nobilis quidam *Saxo* ſummi arcani inſtar habebat *cor alaudæ criſtatæ*, à ʒj. ad ℈iv. in decoct., vel aqua,

*ſalv.* chamomill. & verbaſci datum, quô multos ſe curâſſe affirmabat, idque teſtabantur alii fide digni.

## CAPUT III.
## DE USU SALVIÆ IN FLUXU ET CONSTIPATIONE ALVI.

§. 1.

*Conf. ſtiptica.* INternè cuidam *fluxu* hoc, ex rheumatiſmo orto, *Foreſt. L. XXII. obſ.* 19. imperavit *Cons. ſalv.* beton. ros. &c. *Mynſicht. Sect. XIII. Armam. Med. Chym. p.* 227. *confectionem* ſuam *ſtipticam* pro mirabili experimento venditat à ʒj. ad ℥ß. ex vino generoſo jejuno ſtomacho ſumendam. Vires ejus mihi nondum experiri licuit. *Balſam. ſtiptic.* *Balſam.* verò ejus *ſtipticum l. a. p.* 478. deſcriptum experientiâ firmati commendabimus, & eſt tale:

℞. Empl. ſtiptic. noſtr. [lib. alleg. p. 504.] ℥iiij. ☋ vitell. ovor. q. s. f. l. a. balſam, cui add ☋ caryoph. nuc. moſch. *ſalv.* an. q. s. M.

*Obſerv.* §. 2. Ampliſſimus & Conſultiſſimus Dominus *Hermannus* Schmiedt/ Civis & quondam condiſcipulus meus, tunc LL. Candid., nunc U. I. L. & Syndic. *Sangershuſanus*, ex Gallia in Reg. & Equeſtr. Acad. *Soran.* in Inſula Danorum Sælandia,

dia, anno 1664. redux, ex diuturna & pertinaciſſima *alvi conſtipatione*, quæ in decimum uſque diem perſeverârat, graviſſimam ſibi contraxerat febrim; ſed ab Hoſpite & Doctore meo *Corthnummio* unicô hauſtû purgante ex voto reſtitutus;

℞. Rad. cichor. taraxic. elleb. n. ritè præp. an. ʒij. H. fumar. cuſcut. cap. ♀is *fol. ſalv.* acut. an. M ß. f. ſenn. s. ſt. ʒvj. ſem. fœnic. ʒj. coq. l. a. in s. q. ▽. s. ℞. Colat. ℥iij. in quib. diſſolv. Mann. calabrin. ſyr. roſ. ſol. an. ʒj. elect. de ſucc. roſ. ʒß. M. & D.

§. 3. Rectè igitur contrà alvi conſtipationem ſpecialiter commendat *pulverem ſalviæ*, cum axungia porcina mixt., & ad avellanæ magnitudinem umbilico impoſitum, Excellentiſs. D. D. *Frideric. Hofmann. Meth. Med. L. I. cap. xix. p.* 329. cujus experientiâ fretus, ſæpè cum ſucceſſu in infantibus adhibui. *Alia.*

§. 4. *Bartholomæus* Baumbicker / ex largiori eſu ceraſorum, prunorum, & hujuſmodi fructuum, in perniciosam lapſus *diarrhœam*, ſolô vinô abſinth., cui rhab. opt. impoſuerat, & factâ ebullitione, manè ſeròque ʒiv. [addit. miv. cydonior., & ♁ maſtich.] calidè ſumſerat,

 brevi

Digitized by Google

brevi reſtitutus eſt. Potus ceterùm ordinarius erat *Vinum*, quo valdè delectabatur, *Salviatum*, in quo fol. *quercûs* ebullierant.

*Alia.* § 5. Alius XXIII. annorum, *diuturnô alvi fluxû*, ad extremam usque tabem pervenerat, cui barbitonſor ex vicinia ſequentem dedit Potum:

℞. Fol. aſari ʒj. aq. menth. criſp. *ſalv.* abſinth. an. ℥j. M.

Quô ſumto, largiter ſudavit, & crebriùs vomuit, tertiô die prodibat in publicum. Virum novi religioſum, Amicum honorandum, qui quoties *carnem* *Alia.* *vervecinam* pinguiuſculam aſſamque, cui *Salvia* addita, comedit, toties egregiè purgatur, non ſecus, ac ſi fortius quoddam catharticum ſumſiſſet. Aliam contrà novi *puellam*, quæ ad intuitum *Alia.* *Salviæ* levi aliquô deliquiô corripitur.

## CAPUT IV.

## DE USU SALVIÆ IN NECANDIS ET EXPELLENDIS VERMIBUS.

§. I.

*Oleum.* OLeum tale, quod etiam contrà *iſchuriam* & *hydropem* eximium eſt, FF. S. *Juſtinæ* Patav. Ord. Bened., ſi tempora, nares, larynx, præcordia, pulſus & umbilicus eô inungantur, brevî

brevî ſtupendas operationes edere dicitur. Vide ſîs iſtud in *append. Birling.p.* 50. vel apud *Bartholin. C.VI.Hiſt.* 67. Sufficiat nobis,quòd *Salviâ* augeatur.

§. 2. Ego ſane,quod ſincerè fateor, in omnibus fere remediorum formulis, *vermibus* oppoſitis, ſtudioſe immiſceo *Salviam*,nec ſine ſucceſſu. Si enim *alexipharmaca*, ſeu *bezoardica*, cenſurâ acutiſſimi D. *Haubtmanni in epiſt. ad Athanas. Kircher.*, nil aliud ſunt, quam remedia *vermibus* infenſiſſima, & à quibus horum natura omnimodè abhorret, *Salvia* verò inter *alexipharmaca* meritò triumphat, utique *vermibus* etiam animoſe reſiſtet. *Obſ.*

§. 3. Juvenis quidam *vagos hypochondriorum totiuſque abdominis dolores lancinantes* ſentiens, neſcio cujus conſiliô ſumſit Vinum *ſalviatum*, longô craſſoque *verme* rejectô. Meam poſtea expoſcens operam, obtinuit aliud vinum medicatum, immerſa æquâ *Salviæ* quantitate. Quô ſumtô plures excrevit *vermes*, cum multa pituita. *Alia.*

§. 4. Puella XV. annorum quatuor abhinc annis febre erraticâ, torminibus ventris ejuſque inſigni diſtenſione, & quæ princeps querela, *horrendô pedum tumore* diu afflicta, ut ægerrimè [ob nimiam *Alia.*

miam pedum gravitatem ] per hypocauſtum, etiam manu ducta, ambulare quiret, ſolo hôc remediô intra biduum integrè convaluit.

℞. *Decoct. ſalv.* ℥iij. ſp. diat. c. rhab. ℈j. ☿. dulc. ℈ß. mag. jalapp. gr. iij. M.

Ejecit *LXXXIII. vermes*, quos inter plerique *piloſi*, & *quadrupedes*.

*Alia.* §. 5. Ruſticus puer in vicinia miris *ſymptomatibus* & *convulſionibus* vexatus, ſolô ptarmicô, etiam *Salviæ* foliis conſpicuô, per nares diverſos expulit *vermes*, jam optime valens. *Eberhard Caſparus* Dattler/ diu pro *nephritico* habitus, longiori tandem *lumbrico* ejectô, ſibi redditus eſt. Hunc verò operâ *theriacæ*

*Alia.* *Auguſtanæ* [ quam *Salvia* noſtra coronat ] expulerat, ut ex ore ejus habeo. Generoſiſſimus puellus, xi. ferè anno-

*Alia.* rum, corripiebatur *duplici tertianâ cum vermibus epidemia*, ob auſtrinam imbribus & procellis infeſtantem caniculariam conſtitutionem, æſtus erat mordax ad tactum & igneus: Pulſus magnus & celer. Dolor capitis graviſſimus, tumor ſuperciliorum, ſitis moleſtiſſima, &c. Cum in declinatione paroxyſmi ſudores non ſatis erumperent, prolicie- bantur hôc hauſtû.

℞. Aq. card. ben. è ſucc. deſtillat. ℥iij.

Ther.

Ther. *auct. à Roman. & Bonon.* ℈ij, M, F, H.

Quem optimè tulit. Sumſit porrò ſeq. hauſtulum:

℞. Gumm. gott. el. gr. ix. ſyr. roſ. ſolut. ℥ß, ſp. ⊕li gt. iij, aq. cinam. & endiv. an. ℥j. M.

Quo bis evomuit, & ſexies *κάτω* rejecit multa mucoſa & bilioſa, ſimulque *lumbricum caudâ bifidâ, capite nigerrimô, un. & dimid. ulnarum*, puerô in integrum reſtitutô. Plura dabimus in *Noſograph.* noſtra *Verminoſa.*

# MEMBRUM III.
# DE AFFECTIBUS HEPATIS.

## CAPUT I.
## DE USU SALVIÆ IN OBSTRUCTIONE HEPATIS ET CACHEXIA.

### §. 1.

HUic ſcopo fideliter famulabitur *aqua epatica Timaeana in append. ad cas. med. p. m.* 401. dextrè confecta: *Aqua.*
℞. Rad. coſt. ægypt. curcum. an. ℥j. fœnic. gramin. aſparag. rhapont.

pont. cal.arom.an.℥ß. H. abſinth.utr. veron.agrimon. eupator. fumar.cent. min. an. Mß. *fl.ſalv.* tunic. epat. ros. rub.an. Mj.ſem.fœn.card. ben.an.ʒij. cort. fraxin. ʒvj. cinam acut. ℥iij. paſſul. minor. ℔ß. epat. lup. præp. ℥iiij. incis.& conquaſſat. aff.vin. abſinth. & helenit. an. ℔vj. ▽ agrimon. veron. an.℔j.macerent. per 3. ♂ poſtea l.a.deſtill.

*Alia.* Adde,ſi placet ▽ *hepat. Schonborneri in Manual. Pract. p.* 148. & aliam *Timæi in append.* ad *epiſt. p.* 446. quæ hæc:

℞.Fl. epat. nobil.Miiij.ſamb.lupul. *ſalv.* cent. m. an .Mij. aff. vin. rhen. abſinthit. q. s. macerent. in loc. tepid. per hor.vij. tunc deſtilla.

*Vinum.* §. 2. *Sacculum* pro *vino* medicato conficit *Excell. D.D. Gockel. Conſil. XII. p.* 156.

℞. H. abſinth. card.ben. cent.min.hepat. ſcolpendr. agrimon. *ſalv.* nob. cap. ♀ an. Mß. Rad. 5. aperient. maj. an. ʒj. fœnic. aſar. aſparag. cichor. tarax. caryophyllat. an. ℥ß. rhab. ver. ℥ß. f. ſenn.s.ſt.℥iß. cort. tamariſc. med. fraxin. bacc. laur. juniper. an.ʒij. cinam. el.ʒj. macis ℈j. crem. ♀ ʒij. ſem. anis. fœnic.an.℈j.M. & incis.ac cont. D. ad ſaccul. ex ſind. alb. & f. infus. cum 2. ℔ vini. Alium

Alium dabit *Grüling. C. VI. obſ.* 84. *& C. VII. obſ.* 83.

§. 3. *Elixir vitæ* minus *Quercetani* apud *Schröder L. II. Med. Chym. c.* 52. ſpecificum eſt ad omnes cachexias, ſtomachi, capitiſque imbecillitates, & fit ita: *Elix.*

℞. Rad. gentian. cent. min. an. ℥iij. galang. cinam. macis, caryoph. an. ℥j. *fl. ſalv.* roriſm. an. P. ij. vin. alb. generos. ℔vj. macerent. in MB. ℘♂ viij. dein expr. fort. & deſtill. per ⅩⅩ in ciner. ad ſiccit. Reſiduæ materiæ extrah. ℞am c. ▽ illa deſtill. ſ. a. poſtea inciner. materias reliquas, & elice Sal c. ▽ card. ben. [ſeu fontan.] quod inſpiſſatum & purificat. add. ℞æ ſuperiori, & circula.

§. 4. Elect. quoque *Grülingî* bonæ monetæ *C. VI. obſ.* 84. *Elect.*

℞. Cons. meliſs. abſinth. *ſalv.* an. ʒiß. ros. ʒiij. cond. cord. arant. ℥ß. & citr. ʒiij. R. eryng. condit. ʒvj. & enul. cond. ʒiij. ſp. arom. ros. ʒij. Zingib. condit. ʒiiß. cal. aromat. cond. ʒij. ſyr. cort. arant. q. s. f. elect.

§. 5. *Fotus* pro pedibus eſto talis: *Fotus.*

℞. H. menth. thym. pulcg. hyſſop. origan. rut. meliſs. ſerpill. roſm. *ſalv.* hyper. lavend. majoran. an. Mj. fl. chamom.

ſamb.

ſamb. ſpic, ſtæch. roſ. rubr. melilot. an. Mj. ſcob. lig. junip. guajac. an. ℥ij. Rad. pyrethr. ebul. an. ℥j. bacc. laur. junip. an. ℥ij. ſal. commun. ℔ß. nitr. ℥ij. ♀. ℥iij. ⊕ crud. ℔ß. divid. in 4. part. æqu. S. herb. pro fomento. *Gokel.* Alium vid. apud *Eund. l. c. p.* 150.

*Alius.*

CAPUT II.

## DE USU SALVIÆ IN HYDROPE.

§. 1.

*Cerevisia.*

IN *aſcite*, ex hæmorrhoidum ſuppreſſione & lienis obſtructione nato, ſeq. præſcripſit *Cereviſiam Foreſt. L. XIX. obſ.* 39.

℞. Sarſaparil. ℥ij. lign. ſanct. ℥j. tamariſc. rec. Mj. ceterach. chamædr. an. P. 1. Cort. rad. cappar. ʒij. cinam. confract. ℥ß. f. 3. globuli, ſeu puppæ.

℞. Lign. ſanct. ℥iij. R. fœnic. aſparag. bruſci, ononid. an. ℥j. *fol. ſalv.* chamædr. an. P. 1. rad. hirundinar. ℥j. gran. junip. bacc. laur. an. ʒiß. rad. caryophyllat. polyp. querc. an. ℥ß. Com. abſinth. Mß. f. magnus globulus, ſeu puppa, quæ conjiciatur in quartam partẽ cupæ cereviſiar. Sit pro potu ordinario.

*Syrup.*

§. 2. *Syrupum* magiſtralem *Salviâ* conſpicuum exhibet *Crato L. VI. Conſil. p. m.* 493. in *aſcite*, à menſium & hæmorrhoidum obſtructione excluſo.

Digitized by Google

§. 3. *Electuar. Solenandri Conſil. med. Sect. III. n. 2. p. 221* hoc eſt:

℞. Rad. cichor. condit. ℥iß. borrag. roſar. an. ℥ij. *fl. ſalv.* anth. an. ℥j. ther. Androm. ʒx. lign. ſanct. ſubtiliſs. trit. ℥iß. cort. ejuſd. ſarſæparill. an. ℥ß. myrob. embl. cond. n. viij. margarit. corall. rub. præp. an. ʒß. ſp. arom. ros. diarrh. Abb. an. ʒiij. *ſem.* card. ben. ʒiiß. amygd. amar. non rancid. ℥ß. fol. ♁. finiis. n. viij. c. ſyr. cort. citr. vel aurant. q. s. f. elect.

Oleum Monach. S. *Juſtinæ* ſuprà *Membr. II. c. 4. §. 1.* tetigimus. Adde ſis *Birling. l. ibidem. cit. Fotus Bruelis* extat *in Prax. ejus p. m. 371.* ♁. Fotus.

§. 4. In *tympanite* vinum, ad roborandа viſcera, & excrementorum proventum impediendum, *Plater. L. III. obſ. p. m.* præſcribit tale: Vinum.

℞. Rad. galang. cyperi an. ℥ß. H. abſinth. majoran. an. ʒiij. ſpic. celt. ʒij. fl. roriſmar. *ſalv.* ros. bugloſs. utr. an. ʒij. ſem. fœnic. ʒiij. rhab. ʒij. cinam. ʒiß. myrob. citr. ℥ß. conquaſs. pro menſura vini.

§. 5. *Pulv.*, quô à balneo, abſterſô ſudore, corroborationis gratiâ, pedes conſpergi juſſit in *anaſarca Cl. Horſt.* vid. *L. IV. obſ. 30. Fotus* ejus *obſ. ſeq.* talis: Pulv. Fotus.

℞. Rad. ebul. ℥iv. *H. ſalv.* beton. roriſm.



Digitized by Google

an. Miij. bacc. laur. Mß. junip. Miß. coq. pro pedilavio ſudorifero.

*Obſerv.* §. 6. Ruſticum novi in vicina Haſſia, *hydropicum* ferè deploratum, qui conſiliô circumforanei, domeſticis hiſce remediis in integrum reſtitutus eſt. *Silices* candidiores, paſſim in agris & ripis fluminum collectos, & contuſos, nec non candentes in aq. fontana extinxit, inque hac aqua *erinaceum* coxit, *floribus ſalv.* & ſambuci, cort. ebul., & lumbricis terreſtribus antea refertum; Quod decoctum ei egregiè profuit. Hauſit etiam interdum mane *urinam* adhuc *calidam hirci* ſui, &, præter aliorum opinionem, feliciſſimè reſtitutus. Ingenium ſanè ſpirat hoc plebejum experimentum. De *ſilicibus* vide obſerv. hinc inde decerptas *Cl. Riverii in obſerv. p. m.* 390. c. fin. De *urina hirci* elegans obſervatio in *decur. I. Ephem. noſtr. Curios. ann. II. n.* 219. De *erinaceo*, hydropicis utiliſſimo, legi meretur Celeberrimus *Bartholinus Vol. I. Actor. Medicor. Hafniens. obſ.* 20. Frequens enim hoc remedii genus eſſe in *Scania*, & certâ experientiâ probatum, teſtem ſiſtit Virum fide dignum *D. D. Chriſtian. Foſſium*, egoque à multis aliis in Septentrione olim fuſiùs audivi, & ſcio eſſe veriſſimum. Adde tu *Dioſcorid. L. II. c.* 2. qui *echini* carnem ſiccatam aquæ intercuti utilem ſcribit.

Digitized by Google

# CAPUT III.

## DE USU SALVIÆ IN ICTERO FLAVO.

§. 1.

NObiliſſimus Dn. *Tottius*, Eques Danus, in Reg. & Equeſtri *Sorana* mihi optimè notus, *ictero flavô* fœdè correptus, à *Cortummio* meo hôc apozemate fauſtè curabatur: *Obſ. pract.*

℞. Rad. aſari ℥ij. gramin. petroſel. an. ʒß.
H. cap. ♀. *ſalv.* cuſcut. marrub. an. Mj.
cicer. rubr. paſſul. an. ℥ij. coq. l. a. in ſ. q. ▽ Col. ℔iß. ℞. in qua inf. per. noct. fol. ſenn. alex. s. ſt. ℥ij. agar. troch. ʒß. rhab. opt. ℥iij. ſem. fœnic. geniſt. an. ℥ij. manè expr. in colat. calefact. diſſolv. mann. calabr. ℥iß. iter. col. & D. in fictil. iv.

§. 2. Nobil. Dn. *Benedictus* à Rantt/ Prof. Corb., familiæ Benedictinæ Monachus, anno ætat. ſuæ XXI. *tertianâ & flavô icterô* ſimul cruciatus, hauſit primò cum juſculo crem. ♀ ʒß. R. Gialapp. ℈j. ſammon. ♀ gran. v., rejectâ *ἄνω* multâ bile, nullô ſubſequente ſeceſſu. Altero die dedi potiunculam ex *Alia.*

Fol. ſenn. s. ſt. ʒiij. rhab. elect. ʒij. ſem. anis. ℥j. coq. & col. adm. crem. ♀i. ʒj. mag. jalapp. gr. vj. &

Excrevit ſepties *κάτω*, ſine moleſtia, febri flavôque cutis colore penitus ceſ-



Digitized by Google

ſante. Tandem præſcripſi ſequens vinum:

℞. Fol. card. bened. *ſalv. acut.* chelid. maj. chamædr. an. Mß. cuſcut. fragar. an. Mj. rad. cich. rub. tinct. fragar. an. ℥ß. chelid. maj. ʒvj. ſummit. cent. min. abſinth. noſtr. an. P. ij. Rhab. el. ʒvj. incis. & contus. D. Doſ. in die bis ℥ij. calid. Ex voto reſtitutus.

*Alia.* §. 3. Iiſdem remediis [ paucis interdum mutatis ] Generoſiſſimum Dn. à *Bellinghauſen*, Reverendiſſimi Abbatis *Corbeienſis* fratrem uterinum, curavimus, qui verò poſtea, ſuperveniente ex *quartana hydrope*, cum *phtiſi* conjuncto, ocyùs valedixit. Curavimus plures, & nuper adhuc puellam ruſticam ſeptennem in *Bolleroda*, cui potio hæc egregiè ſatisfecit:

*Alia.* ℞. *Fol. ſalv.* chelid. maj. card. ben. agrimon. an. Mß. ſummit. abſinth. cent. min. an. P. ij. ſem. aquileg. ʒij. fœnic. ʒj. rad. cich. chel. maj. pol. querc. rub. tinct. an. ʒij. fl. borrag. *ſalv.* an. P. I. incis. & cont. coq. in aq. s. Col. admiſc. rhab. elect. ℈ij. cryſtall. ♀. pulv. rad. Jalapp. an. ℈ß. M. S. Tranck auf etlich mal.

*Alia.* §. 4. Pharmacopœus quidam, C. H. S., nobiliſſimam Virginem abs *inveterato ictero*, (omnium Medicorum in urbe

be iſta ſcandalo,] unico hôc remedio fauſtè liberavit:

℞. *Fl. ſalv.* cent. min. an. Mij. rad. bryon. ℥ß. cich. ℥j. ſem. card. ben. ʒij. coq. in aq. & vin. Doſ. ſingulis matutinis ℥iv.

Subſecutus copioſus ſudor cum εὐφορίᾳ.

§. 5. Studioſus Danus in Inſula *Fyonia* *ictero* cum *aſthmate* laborans, in decoct. fol. cichor. acetos. & *ſalv.* ſumſit rhab. elect. ℈ij, dein ſectâ venâ, uſus eſt, locô potûs ordinarii, decoct. cichor. cum paſſul. min. & intra octiduum ſibi redditus. *Alia.* Primaria quædam femina ex *ſuppreſſione menſium* in *icterum* lapſa, ſolô vinô medicatô laxante, cui *ſalvia* immiſta, utrumq; pepulit malum. *Alia.* Vetula medicaſtercula *rad. ſalv.* & aſparagi, in urina ægroti decoctas, injectô ſemine cannabis, cum ſucceſſu dabat multis, ut mihi retulêre alii. *Alia.*

# MEMBRUM IV.

## DE AFFECTIBUS LIENIS.

### CAPUT I.

### DE USU SALVIÆ IN OBSTRUCTIONE LIENIS.



Digitized by Google

§. 1.

*Aqua polychestra.* AQua *polychreſta ſcorbutico-cachectica* Magni *Rolfincii* proſtat *in Prodrom. Lex. Med. Hannemann. noſtri p.*77 *ſeq.* eamque tranſcripſit *Möllenbrock in cochlear. ſua Curios. c. xi. p.* 71 *ſeq.* Autor verò habet *L. III. Chym. Sect. I. art.* 2. *c.* 20

*Obſ. pract.* Quidam Weſtfalus gravi *lienis obſtructione*, cum continua vertigine vexatus, vinum primò obtinuit *ſalviâ* conditum, quô etiam cum εὐφορία utebatur. Purgatus deinde pil. coch., arab. an. ℈j. troch. alh. gr. iij. caſtor. gr. ij. *ſal. ſalv.* gr. iij. Ἄνω verò croc. metall. abſinth. gr. vj. in aq. cinam ℥iij. & vin. rhen. alb. ℥ij. per noct. infuſi, maneque abjectô crocô, colat. & propinat. Pro majori digeſtione miſi, quod cupiebat, elect.

*Elect.* ℞. Cons. ros. vitriolat. ʒvj. *fl. ſalv.* meliſs. borrag. an. ℥ß. medull. nuc. ind. condit. ʒvj. cort. citr. & aurant. condit. an. ℥ß. ſuccin. alb. præp. ʒj. Condit. myrob. chebul. n. 1. rad. eryng. cich. an. ʒiij. F. c. s. q. ſyr. bugl. & borr. elect.

Dedimus etiam *cucupham*, immiſtâ *ſalviâ*, quam ſummoperè commendavit. Cœteris *empl. balſamis* &c. nunquam deerat *ſalvia*.

*Alia.* §. 2. *Civis* quidam *primarius*, diuturnô

turnô hoc malô miſerè afflictus, ſequenti potioni digerenti, præparanti, ac laxanti maxima levamina maximè fert accepta, adeò ut acidulis *Pyrmontanis*, queîs antea, aliorum ſuaſû, uſus fuerat, nuncium miſerit;

℞. Rad. ariſtol. rot. irid. florent. glycirrhiz. an. ℥ß. helen. ℥j. pol. quer. cich. fœnic. an. ʒiij. fol. meliſs, *ſalv. acut.* an. Mj. card. ben. chelid. maj. agrimon. cochlear. an. Mß. fl. fumar. beton. anth. cent. min. an. P. ij. ſummit. abſinth. montan. Mß. bacc. junip. ʒiij. cort. rad. cappar. tamariſc. an. ʒiij. paſſul. min. ʒx. fic. n. vij. ſem. anis. cochl. fœn. an. ʒiß. cort. citr. ʒij. incis. & cont. aff. s. q. aq. s., coq. s. a. lent. △ vaſe bene tecto, ad remanent. ℔ij. exprim. fortiſſimè, & ℞. Col. hujus ℥viij. quibus adhuc ferventiſſimis injice incis. & cont. fol. ſenn. alex. s. ſt. ʒv. agar. troch. ʒij. rhab. el. ℈iv. rad. elleb. n. ppt. ʒj. ſtent in loco calid. hor. x. vaſe bene tectô, tunc ebulliant, expr. denuò, & colat. admiſc. ſyr. diaſer. Andernac., ros. ſol. an. ℥j. fumar. comp. ʒx. cryſt. ♀ gr. xij. mag. jalap. ℈ß. ♀i ⊕lat. gran. vj. M. S. Blut-reinigender Laxier-Tranck/ davon 7. biß 8. Löffel voll deß Morgens auf einmal.

Decoct. autem prioris reſidui ℔j. & ℥iiij. admiſc. ſucc. recent. expreſs. & depurat, fumar. ℥ij. naſt. aquat. cochlear. nummular. an. ℥j. f. s. a. liquor clarus, cui adhuc add. eſſent. noſtr. antiſcorb. ℈iv. ſal. fumar. ʒß. crem. ♀ ʒiß. elix. aſthmat. Rolfinc. ℈iv. M. S. Sonderbarer eröffnender Weich-Tranck / davon 8. Löffel voll auf einmal / Morgens um 6. und Nachmittag um 4. Uhr.

Per biduum ſumſerat decoct. *aperiens*, tertiô verò *laxans*. Primâ vice *ſepties* purgatus feliciter; alterâ *quinque* tantùm ſedes ſecutæ, ſed *largiſſimæ*, ſummâ cum εὐφορίᾳ, & *aſthmate*, quod antea ei moleſtiſſimum, penitus ceſſante. Compluribus idem dedi remedium, nunquam [ abſit jactantia dicto ] ſine felici ſucceſſu.

*Alia.* §. 3. Hinc Amicus & Eruditus quidam Medicus non ita pridem ad me: *Placet mihi indoles tua, quam ex* Bartoliniana *hauſiſti, & laudabile ſtudium in rimandis domeſticis remediis.* Salvia *utique in obſtructionibus* lienis hepatiſque *removendis mihi admodum familiaris, & creberrimè optato cum eventu uſus ſum, ac adhuc utor, & utar, dum ſpiritus hos reget artus. Multas communicare poſſem hujus rei obſervationes, quorſum*

verò

*verò noctuas Athenas? Omnis, qui bonus & catus, tibi hac in re non contradixerit, &c.*

# CAPUT II.
## DE USU SALVIÆ IN SCIRRHO LIENIS.
### §. 1.

BRuno Bendt / Equitum Magiſter, in Ducatu Hannoverano, *ſcirrhis illegitimis* variis in partibus, putâ ſub utroque brachio, circa collum, inguina, inprimis lienem, miſerè excruciatus, meam tandem petiit opem. Vidi tumores duros, albos, nec ſenſûs expertes. Præmiſsô dubiô eventûs prognoſticô, dedi, quod volebat, Vinum medicatum; *Obſ. pract.*

℞. Fol. beton. epithym. *ſalv.* meliſs. origan. fumar. cuſcut. an. Mß. Rad. helen. ariſt. rot. bugloſs. angel. pol. q. cich. tarax. an. ℨij. *fl. ſalv.* bugloſs. an. P. iß. ſummit. cent. min. abſinth. an. P. ij. ſem. anis. ℨij. Cort. tamariſc. ℥ß. bacc. junip. ℨvj. fol. ſenn. s. ſt. ℥ij. rhab. el. ℥ß. R. elleb. nigr. præp. ℨij. agar. troch. ℨiij. cort. citr. gal. min. an. ℨj. D. S. Species zum Wein.

Utebatur eô ſummo cum levamine totius corporis.

§. 2. Cumque, mutatus in horas, mox electuarium poſceret, dedi: *Elect.*

 ℞. Cons.

℞. Cons abſinth. cap. ♀ an. ℥j. *ſalv.* geniſt. an. ℥ß. Condit. rad. helen. & cort. citr. minut. concis. an. ℥ß myrob. ind. cond. n. 1. N. moſch. cond. ʒiij. troch. de cappar. ʒiß. ſp. diacurcum. ℈iiij. ſal. abſinth. tamariſc. an. ℈j. ♀ vitriolat. ℈ß. croc. ♂tis aperit. gr. xij. F. c. s. q. ſyr. fumar. elect.

*Pilul.* §. 3. Tunc expulimus ſaburram pil. tart. Quercet. correct. ℈j. extr. elleb. n. gr. iij. f. c. ſyr. fum. pilul. n. xiv.

Seceſſit duodecies citra moleſtiam. Perreximus ita digerendo, incidendo, attenuando & purgando. Tunc præſcripſimus decoctum ex

Scob. lign. guajac. ℥ij. rad. chin. or. non carioſ. ℥j. ſarſaparill. ʒvj. cort. tamariſc. rad. cappar. an. ℥ß. inf. hor. 24. in ▽ cuſcut. ℔iiiiß. coq. ad caſum ℔j. lento △ Col. admiſc. ſyr. fum. ſimpl. ℥iij. byzant. comp. ℥ij. de ſcolopendr. Fernel. ℥iß. Capiat in aurora & hor. 4. pomerid. ℥iv.

Sudavit mane egregiè cum εὐφορίᾳ. Verùm, moræ impatiens, anûs cujuſdam ſuasû, clanculùm aliis etiam uſus remediis; tunc in honorem, quem Arti meæ debeo, manum de tabula, quod ipſum ocyùs pœnituit. Tandem vetula iſta *ſcirrhos* ferrô aperuit. Sic ibat *Vendius* viam univerſæ carnis, quod jamdudum prædixeram. CA-

Digitized by Google

# CAPUT III.
# DE USU SALVIÆ IN ICTERO NIGRO.

§. 1.

VIr quidam XXXVI. annorum ex *quartana* infeliciter curata incidit in *nigrum icterum*, cum *hydrope* conjunctum. Dedi ſequens apozema: *Obſ.pract.*

℞. Fol. card. bened. chelid. maj. ſcolop. fumar. *ſalv*, chamædr. an. Mß. cuſcut. P.ij. R. cichor. petroſelin. rub. tinct. fœnic. fragar. an. ʒiij. chelid. major. ireos noſtr. an. ʒij. bacc. junip. ℥ß. ſummit. cent. min. abſinth. an. P.ij. cort. rad. cappar. ℥ß. ſem. anis. petroſel. an. ʒij. incis. & cont. coq. in s.q. ▽ ad tertias. Col. admiſc. ſyr. cich. c. 1 hab. ℥ij. de fumar. comp. ℥iß. ox. ſcyllit. ℥j. rhab. el. cont. ʒij. M. f. Potio. Doſ. ℥iij. ſeu. iv. bis in die, inſtillando ſemper gt. viij. ♌ ⊖ ✳ci.

Poſtea dedi purgans ex pil. tart. quercet. gr. XXIV. extr. hell. n. gr. iij. extr. rhab. gr. ij. Omnia cum inſigni ſpe ſanitatis. At, mulierculam conſiliô, neſcio ad quas ſuperſtitiones & inſanias delapſus, in periculo, quod amabat, periit.

§. 2. *Henning.* Greuel/ Piſtor, *pertinaci ſplenis obſtructione*, & ſubſecutô *ictero nigrô*, terribiliter vexatus, hoc decoctum primum à me obtinuit. *Alia.*

℞. Rad.

*Decoct.* ℞. Rad. polyp. quercin. cichor. chelid. maj. filic. mar. gentian. helen. an. ʒij. raph. ruſt. ℥ß. fol. beton. *ſalv.* acut. ſcolop. ver. ling. cerv. epithym. fumar. cuſcut. cochlear. card. ben. an. Mß. Sem. naſturt. hort. urtic. an. ʒj. ſummit. cent. min. abſinth. an. P. ij. anis. carv. fœn. an. ʒiß. fl. cich. ſalv. geniſt. epat. nobil. an. P. I. Cort. rad. tamariſc. bacc. junip. an. ℥ß. cort. citr. ʒij. Incis. & cont. coq. in s. q. ▽ſ. ad tert. Col. c. album. ovi clarific. admiſce ſyr. de epithymo, polyp. ſcolop. Fernel. an. ℥iß. fumar. comp. ℥j. oxym. ſcyllit. ʒvj. Inſperge adhuc pulv. lap. 69. ʒij. troch. de cappar. & rhab. an. ʒj. ☿ ⊕lat. ℈ij. M. Doſ. mane & veſperi ℥iiiß. inſtill. cuilibet ∾ ſal. armon. gt. viij.

Optimè profuit. Appetitum excitavimus elix. ⊕li Mynſicht. Humores pravos per ἐπύκρασιν expulimus pilulis ☿ Quercet. ad ℈j. extr. hell. n. gr. iv. f. ſenn. gr. iij. troch. alh. gr. ij. & tart. vitr. gr. iij. Fauſtè purgatus inſigni cum levamine. Potus ferè ordinarius erat vinum, ex epithymo, *ſalv.*, fumar. card. ben., ſcolop. chamædr. & ſumm. cent. min., bacc. junip. &c. paratum. Uſus etiam elect. chalybeato *Timæano*, nec externa obliti ſumus, & quæcunque ratio poſtulabat, &

genui-

Digitized by Google

genuina medendi methodus. Verùm calcanda ſemel erat via lethi.

§. 3. Paulò antè exceſſum in *lingua* ejus *nigerrimæ* apparebant *maculæ*, *rotundæ, nummuli inſtar*, quas in alio etiam notavi. Has an etiam obſervârit, ultimò qui vocatus Medicus, neſcio. *Obſ.*

## CAPUT IV.

## DE USU SALVIÆ IN MALO HYPOCHONDRIACO.

IN affectu *hypochondriaco* & *uterino* cum viſûs impedimento in ſiniſtro oculo pro Sereniſſima quadam *Gockel noſter Conſil. Med. 2. p. 21. ſeq.* præſcripſit vinum: *Vinum.*

℞. H. majoran. *ſalv.* nob. euphraſ. meliſs. beton. roriſmar. ſcolpend. rut. cap. ♀ an. P. 1. fl. 3. cord. an. P. ß, Rad. leviſtic. angelic. fœnic. cal. arom. caryophyllat. pœon. helen. an. ℥ij. ſ. aper. maj. an. ℥j. rhab. ver. ℥iij. fol. ſenn. el. ℥j. Jalapp. agar. troch. pol. q. an. ℥ij. cinam. acut. ℈ij, macis, caryoph. an. ℈ß. crem. ♀. ℥j. ſem. anis. fœnic. an. ℈j. M. incis. & cont. ac includ. ſaccul. ex ſindon. alb.

Aliud promit *Id. l. c. p. 38. Cerevisia* etiam probè lupulatæ addere jubet *Joh.* Freytag/ im Bericht von der *melancholia hypochondriaca c. 9. p. 136.* meliſs. fumar. *ſalv.* bacc. junip. &c. *Cereviſia.*

§. 2. *Electuarium Gokelii* confortans hoc eſt *l. a. p. 22.* ℞. *Elect.*

*Tragéa.* ℞. Cons. fl. Euphras. ℥j. roſ. ℥vj. *ſalv.* anth. an. ℥ß. ſuccin. alb. præp. ʒj. ſp. diarrh. Abb. ʒiß. margarit. pp. ʒß. eſſent. ſalv. ʒj. c. s. q. ſyr. de beton. f. elect. Doſ. quant. nuc. moſch.

§. 3. *Tragéa* ejuſdem hæc *l. a. p.* 22.

℞. Spec. diaplir. ſem. fœnic. an. ℥ß. macis, cubeb. cinam. pip. long. caryoph. an. ℈ij. pulv. fol. euphras. ſem. rut. verben. *ſalv.* an. ʒij. M. f. tragéa. S. Abend und Morgen zwey Meſſer-ſpitzen voll darvon.

*Clyſt.* §. 4. *Clyſter* pro eadem Sereniſſima in eodem affectu ordinatus *vid. l. c. p.* 31. In eodem affectu, unà cum podagra, cerebri & ventriculi imbecillitate, oculorum ſuffuſione, pro nobili quodam *Crato* inter alia *L. VI. conſil.* 106. lixivium commendavit:

*Lixiviũ.* ℞. *Salv.* majoran. dictamn. cret. beton. roſar. fl. chamom. f. ſenn. an. Mj. lixivii dulc. q. s. M. f. decoct. & colat.

*Sapo.* ℞. Sapon. Venet. ℥iiij. agar. alb. ʒj. cinam. ireos, caryoph. an. ʒß. camph. ℈j. f. ſapo s. a.

§. 5. Mulier quædam 36. annorum *malo hypochondriaco* excruciata, & in rabiem qs. acta, ut non tantum horrendas in Deum blaſphemias evomeret, ſed etiam ſibi violentas manus inferre tentârit, DEI gratiâ, hiſce remediis ſibi feliciter

citer reddita. Primò dedi pauperculæ potionem.

℞. Rad. armorac. ℥iij. pol. q. helen. filic. cich. an. ʒij. cort. tamariſc. ℥ß. fol. card. bened. beton. fumar. cochlear. meliſs. cuſcut. *ſalv.* an. Mß. ſummit. cent. min. abſinth. an. P. ij. fl. hyperic. bugl. an. P. j. geniſt. P. iß. gal. min. ʒiß. bacc. junip. ℥j. Incis. & contus. M. & coq. ex ▽ ſ. D. ter in die. Quam potionem non ſemel laudabat, [ ſaporis ergo. ] *Potio.*

Syrupos enim, aliave dulcia, item vinum, &c. omninò averſabatur. Facile igitur in ejus deſiderio & opinione acquieſcere quivi. Deinde purgata:

℞. MP. ♀ Quercet. ℈j. extr. helleb. nigr. Mag. jalapp. an. gr. ij. ol. carv. gt. ij. c. ▽ *ſalv.* f. pilul. xvij. *Pilulæ.*

Octies, citra moleſtiam, dejecit, ſub ipſo ortu dierum canicularium, circa primam ☽æ quadram. Aliô interpoſitô digeſtivô repetitæ ſunt pilulæ ex voto. Ad acuendum appetitum ſimpliciſſimô hoc utebatur potu, quem valde prædicabat. Juſſi, ut coqueret herb. cent. min. abſinth. card. ben. *ſalv.* meliſs. & bacc. junip. in ▽, & loco potûs ordinarii [ cum tamen meram deſideraret aquam ] biberet. Quod fecit cum notabili appetitûs augmento, ut ſatis mirari haud potuerim. Tertiâ vice purgata ſpec. diat. cum

rhab.

Digitized by Google

rhab. R. Jalapp. & troch. alh. Sudoriferum erat hoc:

*Hauſtulus.* ℞. ♁ diaph. ℈j. *ſal.* fumar. *ſalv.* card. ben. an. gr. iiij. ▽ card. ben. ℥iiß. M.

Maximè commendavit. Tandem ſuaſi balneum ex malv., parietar., beton., hyperic. chamomill., cent. min. *ſalv.* &c. paratum. Sicque paupercula, DEI miſericordiâ, reſtituta ſibi eſt, quæque adhuc benè valet. Teſtis hujus rei mihi erit Dominus *Conrad. Godfrid. Blankenberg*, Eccleſiaſtes Gvelferbytanus religioſiſſimus, Amicus honorandus, qui *hypochondriacam* hancce primùm mihi recommendaverat.

## CAPUT V.
## DE USU SALVIÆ IN SCORBUTO.

§. 1.

NOn eſt *frequentior, fallacior, & pertinacior* morbus ſcorbutô. Siquidem audacter de *Thuringia*, quòd Cl. *Barbette olim L. IV. Prax. P. III. p.* 144. de *Belgio* aſſeruit: *nullum* ferè reperiri *morbum*, cui non *aliquid ſcorbuti* ſubſit. Hinc *monoculi* planè mihi videntur iſti Medentes, qui, intactô ſeu neglectô eô, languentibus opem ſpondent. At, ô *Salvia*, in adjutorium noſtrum!

*▽ Rolfinciana.* §. 2. *Aqua polychreſta ſcorbutico-cachectica Rolfincii* hæc:

℞. Cort.

℞. Cort. rad. cappar. tamariſc. fraxin. R. cichor. bryon. polyp. vincetox. aſparag. petroſel. ſcorzon. chinæ, ſarſaparill. erygij an. ℥iij. fol. agrimon. abſinth. pont. cent. min. chamædr. cochlear. cuſcut. eupator. Meſves, fumar. meliſs. hyſſop. naſturt. *ſalv.* an. Mij. lign. guajac. raſpat. ℥j. ſcob. lign. ſaſſafr. ſantal. rub. an. ℥iij ſem. apii, petroſelin. anis., citri, naſturt. an. ℥ij. fl. ſamb. geniſt. nymph. lupul. an. Miij, ſiccat., concis. & cont. macerent. per 3 .℘ & ♂ in ſ. q. vin. boni odorif. deſtill. per veſic. & alembic. c. refriger.

♒ primæ & ſecundæ deſtillationis ſeorſim ſerventur; vel ex omnib⁹ digeſtis per vj. dies & noctes per linteum cum forti expreſſione colatis, & cucurbitâ terreâ deſtillat. ♒ ſeorſim ſervandus.

§. 3. *Syrup.* cochlear. compoſit. officin. Uratislav. à *Pakiſchio* olim ordinatum intexuit *Praxi* ſuæ *Sennert. L. III. P. V. Sect. II. c. 6. p. m. 620.* exq; eo *Cochlear. curios. Möllenbrocc. noſter c. xvi. p. 92.* Quos sîs vide, & æſtima *Salviam* nôſtram. *Syrup.*

§. 4. *Elect. antiſcorbuticum* Neſtoris nôſtri, D. *Hannemanni* in *prodromo Lex. Med. p. 679.* tale. *Elect.*

℞. Cons. cochlear. *ſalv.* an. ℥ij. fl. geniſt. ſamb. cichor. borrag. chamædr. chamæpit. an. ℥iß. cort. citr. condit. ℥iiß.

S rad.

rad. cichor. condit. ℥iß. ſp. diarrh. Abb. plir. archont. an. ʒv. ſyr. antiſcorb. Timœi q. s. f. elect.

♒ lumbr. comp. §. 5. Et ♒m lumbric. compos. ornat & exaltat *ſalvia* noſtra.

℞. Lumbric. mundat. q. v. ſuperf. 🜄. q. s. & deſtilla. Deſtillat. iterum ſuperfund. ſuper lumbr. & deſtilla, ter hoc repetendo. Hunc poſtea ſuperfund. ſeqq. ſpecieb. & deſtilla.

℞. Rad. angelic. ℥ß. ireos fl. ℥iß. peucedan. ℥j. H. puleg. chamædr. an. Miij. *ſalv.* Mii. ſerpill. Mj. fl. prim. ver. chamom. an. Miv. hyperic. Mij. anth. lavend. an. Mß. ras. lign. ſaſſafras, caſtor. an. ℥ij. bacc. laur. ℥ß. vid. *Birling. append. ad C. I. advers. p. m.* 44. & *Mollenbroc. de Varis c.* 13. *p.* 244.

§. 6. Contrà *aſthma ſcorbuticum* ſpecialiter comendat *Timæus L. III. cas.* 34. *Salviam*, & quæ ex ea parantur, compoſita. Mihi ſanè in ſcorbuto *ſalvia*, familiaris eſt. Singulis quippe diebus cum hoc monſtro nobis præliandum eſt. *Medici* etiam *nomen* haud meretur ille, cenſente *Wincklerô* noſtrô *Miſcell. Curios. German. ann. VI. & VII. obſ.* 99. *p.* 138. cui *in praxi* ſua negotium non fecerit.

*Aph. Cortnumm.* §. 7. Verè *Cortnummius* noſter in *Conſilio* quodam, Generoſo Viro dato: Quantùm *Salvia* præſtat in *morbo patrio*, [ſcorbutô,] pauci norunt, etiam aliàs

lias doctiſſimi Medici. Vellem, ut *anicu-læ* aliquando eorum *Doctrices* & *Magiſtræ* fierent. Harum *induſtria* & *empirica* curationes, (quorſum diſſimulem?] *altiores* apud me peperêre meditationes, ut *primarium* meritò locum; *multiplici* experientiâ edoctus, contra *ſcorbutum* aſſignârim *Salviæ*. Hac ſine *rariùs* hoſtem noſtrum oppugno, & ſine eâ *vix* expugno. Tam *pretioſa* remedia *domeſtica*! Beatus qui intelligit!

## CAPUT VI.

## DE USU SALVIÆ IN CORRUPTIONE ET PUTREDINE GINGIVARUM, ORIS GRAVEOLENTIA, ET DENTIUM SCORBUTICORUM VITIIS.

§. 1.

PRimarium locum contra hæc vitia apud *Sennert. L. III. Prax. P. V. Sect. 2. c. 7.* obtinet *ſalvia*. Hinc *aqua* ejus ibidem: *Aqua.*

℞. *Fol. ſalv.* beton. aquileg. an. Mij. rut. fl. roſ. rub. an. Mij. rad. biſtort. pyrethri, ſarſæparill. an. ℥ß. ireos flor. ʒvj. lign. rhod. ℥ß. vin. rhenan. ℔iij. ſucc. cochl. naſturt. aquat. an. ℔ß. ſtent per vij. ♂ in vaſe bene clauſo, bene agitentur. Hinc deſtillentur.

§. 2. *Gargariſmus* ejus l. c. hic:

℞. ▽ plantagin. prunell. an. ℥iij. *ſalv.* mell. roſ. col. an. ℥j. ✢ ⊕li ℈ß. M. *Gargariſmus.*

 Vel:

Digitized by Google

*Alius.* Vel: ℞. *ſalv.* Mß. ariſtol. pyrethri, alum. an. ℨij. camphor. ℨß. coq. in vini ℔iß.

*Alius.* *Toneri* felici auſpicio ordinatus hic eſt *L. II. obſerv.* 1.

℞. Quinquefol. ℥ß. *f. ſalv.* myrti, piloſell. naſturt. aſpar. an. Mß. fl. roſ. rub. P. iij. balauſt. cort. granat. an. ℥ß. coq. in vin. rubr. & ▽ plant. an. ℔iß. f. gargariſmus. Poſteà inunge gingivas Diamor. ℥j. ∾ ⊕li q. s. ad acorem.

*Alius.* Vel: ℞. ▽ prunell. *ſalv.* plantag. an. ℥j. ▽ nicotian. ℥iß. ∾ ⊕li rectif. ℈j. M. ab ejus uſu gingivæ illitæ:

℞. Mell. ſcyllit. ℥iß. ∾ ⊕li q. s. ad juſtum acorem.

Hiſce *Tonerus* Generoſam Baroniſſam, *ςομακάκη* graviter afflictam, brevi feliciter reſtituit.

*Alius.* *Joëlis* verò talis: *L. II. Prax. Sect. V.*

℞. Roſ. rubr. plantag. an. Mß. rut. *ſalv.* an. Mß. ærugin. ℨj. thur. maſtich. an. ℨiß. alum. ℨß. coq. in aq. & acet. an. ℔j. ad medias, Col. admiſc. mell. roſ. ℥ij. F. collutio.

Alium dabit *Gockelius* in *Conſil.* p. 486.

§. 3. Placent *linimenta Sennerti*? *l. a. p.* 633.

*Linimentum.* ℞. Fl. malv. arbor. *fol. ſalv. min.* aquileg. an. ℨß. myrrh. N. moſch. ther. an. ℨj. alum. uſti ℈ij. pulveriſat. ſubig. c. mell. f. liniment.

For-

Digitized by Google

Fortius eſt hoc, & gingivis putreſcentibus convenientius: *Aliud.*

℞. Mell. ℥ij. acet. vin. ℥i. fl. æris ʒj. alum. ℈j. coq. donec rubefiant. Deinde adde Pulv. *ſalv.* nuc. moſch., ⊕. præp. an. ʒß. f. liniment.

Longô etiam uſû hoc compertum eſt: *Aliud.*

℞. Pulv. fol. aquileg. menth. criſp. *ſalv.* nuc. moſch. myrrhæ [quam tamen quidam omittunt] an ʒij. alum. uſt. ℥ß. mell. virgin. ℥iiiß. vel q.s. f. liniment:

Illinantur ter quotidie gingivæ, dein ablue vino rubro, aut ſimplici, ſeu in quo cochlear. vel naſturt. infus: fuerit, aut decoct. ſummit. rubi, vel ▽ prunell. plantagin. ros., quæ efficaciores erunt, ſi aliquot guttæ ∾ ⊕li [pro s. q. acetoſit.] admiſceas. Quod medicamentum valde efficax eſt in hoc genere. Aliud conſignavit *Gockel. l. c. p.* 168. Plura dabit *Schönborn in Manuali pract. ſuo p.* 55.

§. 4. *Birling.* noſter in *append.* ad *C. I. Advers. curios. p.* 78. commendat in *oris graveolentia folia* menth. criſpæ & *ſalv.* cum pane in vino madefact. jejuno ſtomacho ſumenda. Vir quidam religioſus & eruditus, totus, quantus eſt, *ſcorbuticus, vacillantes & graveolentes dentes* ſolô decoctô turionum *pini*, additâ *ſalviâ*, & fol. lauri firmat & emendat, & benè cedit hoc ἐυπορισον. *Pinus* ſanè in hoc *Pulv.* *Obſ.*

 af-

Digitized by Google

affectu excellens, adeò ut veriſſimè ſcripſerit *D. Frid. Hofmann. L. I. Meth. c.* 19. *p.* 348. b. ſolô ejus decoctô multa millia hominum curata fuiſſe. Hujus rei quàmplurima, & felicia olim in Septentrione notavimus exempla, de quibus, σὺν θεῷ, aliô die prolixius. *Salvia* verò meritò inter ſpecifica *ſtomatica* refertur à diligentiſſimo *Macaſio in Promptuar. mat. medic. Lib. poſter. Sect. XI. cap. vi. p.* 442.

## CAPUT VII.

## DE USU SALVIÆ IN PARALYSI SCORBUTICA.

§. 1.

DEdimus ſuprà *Sect. II. Membr. I. c. XII.* generoſa & ſelecta contra hoc malum remedia, quæ huc transferas velim, additis tamen antiſcorbuticis. Simpliciſſimum infuſum *ex ſalv.* & lavend. in vino ſublimat. macerat. pro pauperculis optimum *T. III. Eph. Cur. Germ. obſ.* 324. Proſtat ibidem Electuarium non temnendum, at ſpecificis antiſcorbuticis exaltandum.

*Infuſum.*

*Elect.*

§. 2. *Clyſma* apud *Birling. C. I. advers. Curios n. 66. p.* 134. optimum:

*Clyſt.*

℞. H. rut. *ſalv.* cent. min. roriſmar. an. Mj. fl. ſalv. lil. convall. prim. ver. ſtæch. arab. an. P. I. rad. ariſt. rot. cyclamin. an. ℥j. ſem. cartham. in petia ligat. ℥ij. coq. in s. q. ▽ Colat. ℞. ℥x. in quibus diſ-

diſſolv.elect. hier. picr. c.agar.℥j. fell. taur. inſpiſſat.ſal.rut.an.ʒß. mell. anthos ℥j.f.Clyſt.

§. 3. Unguent. *Valleriolæ L. IV. obſ. 4., Salviâ* bis auctum, vid. ſîs apud *Sennert. L. III. Prax. P.V. Sect. 2. c. 7. p.m.* 641. Linimenta *Dravvitziana* hæc: *Unguent.*

℞. Rad. pœon. galang. an. ʒiij. *ſummit. ſalv.* hyſſop. beton. an. P.ij.fl.chamomill. rom. pœon. an. P.iij. fol. origan. rut. recent. an.Mß. bacc. laur. junip. an ʒiij.caſtor.ʒiß incis.& contus.coq. in 🜖 lumbric. ℔ß. vin. ℥iij. ut vinum exhalet, add. 🜖 N. moſch.expreſs. ʒij. deſtillat. ſuccin. roriſmar. an.℈j. f. Liniment. *Liniment.*

Aliud: ℞.Pingued. taxi, vulp. gallin. ciconiæ an.℥ß. axung. caſtor.ʒij. ſerpent. ʒiij. *ſucc. ſalv.*& abſinth. inſpiſſat.an. ʒiij.🜖 laur.℥j.ſtyr. liquid.🜖 in diſtillatione balſ. de Peru primò prodeuntis & albeſcentis an ℈ij. M. *Aliud.*

Vid. vom ſchmertzmachenden Scharbock / *P. III.p.m.*174.*ſeq.*

*Cl. Deckeri* in *not.ad Prax. Barbett.cap. de ſcorbut.p.m.* 153. tale: *Aliud.*

℞.🜖 lumbr. terreſtr.℥j. cochlear. fl. hyperici an. ℥ß. *deſtillat. ſalv.* rut.roriſmar.an.gt.v.M. f. liniment.

§. 4. *Cataplaſma Dravvizian. l. c. p.* 173. crebriùs à nobis bono cum ſucceſſu uſurpatum: *Cataplaſma.*

℞. Rad.alth. bryon. lib.alb.an.℥iß. ireos ℥j. fl.cham. ſamb. ſummit. melilot.an. Miij. H. abſinth. Mj. ſem. fœn. gr.lini an. ℥j. bacc. laur. ʒvj. infund. per ρ, coq. dein ad mollitiem,contuſ. & cribratis adde *pulv. ſalv.* ℥ß.lumbr. præparat.℥j,caſtor. ʒiij,majoran.ʒiß. croci ʒj. naſturt. aquat. adinſtar pultis exactè triti ℥j.ol. hypericon. lumbric. an.℥iß. cham.℥j. M. ſuper △ ad conſiſt. cataplaſmatis.

*Obſ. practica.* §. 5. Adoleſcens Lyneburgicus XXII. annorum, cum exercitu Brunſvicenſi in Hungariam profecturus, ſed malô hôc miſerè cruciatus, ut nec pes, ne, manus ſuo fungeretur officio, d. XVII.Febr. 1685. mihi ſe totum commiſit, quem intra tres ſeptimanas ſeqq. feliciter & integrè reſtitui.

*Vin. med.* [I.] Vin. medicat.

℞. Rad.polyp.q.helen.cich.ariſt.rot.cal. arom.an.ʒij.armorac.℥ß.*f. ſalv. acut.* cich. beton. meliſs. trifol. fibr.chelid. maj.an. Mß. card. bened. P.ij. H. chamædr. chamæp. an. P.iß. cort. R. tamar. & capar. an. ℥ß. ſummit. cent. min,Pij. *fl. ſalv.* bugloſs.an. P.I.bacc. junip.℥ß.ſem. carv. anis. an.ʒiiß. Incis. & contus. D. ad chart.f. infus. in vino & ▽ betonic. Doſ. manè, & à meridie circa hor 4. ℥iv., inſtilland. cuilibet doſi ⚭ ſal.armon. gr. x.

Sen-

Digitized by Google

Senſim iterum cæpit ambulare, doloribus, qui antè aderant, mitigatis.

[II.] Die xxi. Febr. decies & ultrà feliciter purgatus pilulis ex MP. ♀ Querc. corr. ℈j. coch. gr. vij. extr. helleb. n. gr. iij. troch. alhand. gr. j. f. c. *s. q.* 🜄 *ſalv.* pilul. n. xviij. obduc. ☽. — *Pilulæ.*

Jam dextram planè contractam promtè denuò movere cœpit.

[III.] Continuatô digeſtivô, dedimus porrò decoct. lignor. — *Decoct. lignor.*

℞. Lign. guajac. ver. ras. ℥iß. cort. lign. ſanct. ℥ß. cort. rad. ſaſſafras, rad. chinorient. non carios. an. ʒiij. helen. ſcorzon. an. ʒij. cort. int. pini ℥ß. citr. ʒij. ſem. naſturt. aquat. cochlear. an. ʒij. Incis. & contus. macerent. in aqua s. ℔iiiiß. ſtent in loco calid. per xii. hor. poſtea coq. vaſe optimè lutatô, lentô △e per iij. ferè hor. In fine decoction. add. *fl. ſalv. acut.* primul. ver. anth. lavend. an. ʒij. ſummitat. cent. min. P. iß. bacc. junip. ℥vj. hermodact. ℥ß. Incis. & contus. ebulliant ſemel atque iterum. Col. ℞. ℔iiß. admiſc. Syrup. è ſucc. cochlear, naſturt. aquat., fumar. compos. an. ℥iß. ſtæch. compoſit. ℥j. ⊖ ſal. armon. & cochlear. an. ℈ij. M.

Doſis manè ℥iv. ſubſequente optatô ſudore cum εὐφορίᾳ. Circa quartam veſpertinam denuò ſumſit, at in minori do-

ſi, & citra ſudorem. Aliquot matutinis hoc decoctô repetitô, & ſubſecutô ſemp largô, ac fœtidiſſimo, ſudore, [citra tamen virium jacturam] d. 27. Febr. paravimus pedilavium è *fol. ſalv. acut.* beton. an. Mij. H. chamædr. chamæp. beccab. an. Miß. fl. ſamb. cham. an. Mij. turion. pin. ſylv. [ſeu abiet.] Mij. ſem. lin. ℥j. f. querc. Mj. Sumit. cent. min. abſint. an Mß. bacc. junip. ℥ij. ſal. culin. q. s. additô myrmeciô. Loca affecta, dextram inprimis & crura, fovimus iiſdem herbis, fotaque benè inunximus linimentô.

***Pedilavium***

***Linimentum.***

℞. ∾ lumbric. terreſtr., reiteratâ & multiplici infus. ac deſtillatione fact. ℥ß ∾ theriacal. camphorat. ʒß. *ol. ſtillat. ſalv.* cochlear an. gt. xij. bacc. juniper. gt. vij. ſpir. ſal. armon. ℈j. ol. caſtor. ſtill. rectif. gt. xvij. lil. alb. viol. an. ℈iß. pingued. gallin. & cer. cand. an. q. ſ. F. liniment. S. Glider-Sälbgen:

***Emplaſtr.***

[IV.] Inuncta membra teximus *emplaſtro Dravvziziano Tit. III. de ſcorbuto p. m.* 179. imò & ſpinam dorſi ſimul inunximus ſemper linimento præſcripto, impoſito *emplaſtro de bacc. ſamb.*

[V] Die XXVIII. februar. ſumſit pulv. ℞. Rad. Gialapp. ℈j. cryſt. ♀ gr. viii. troch. alh. gr. iij. ♀ ⊕lat gr. iiij. ol. anis. gt. I. Largiter evacuatus, ſed optime reſtitutus, injunctâque diætâ, ad arma à me

dimiſ-

Digitized by Google

dimiſſus. Sit nomen Domini benedictum!

## CAPUT VIII.

## DE USU SALVIÆ IN ARTHRITIDE VAGA SCORBUTICA.

§. 1.

*Infuſum.*

INfuſum *Dravvizii l. c. Tit. I. p. m.* 48. excellentiſſimum.

℞. Scob. lign. ſaſſafras & rhodii an. ℥iß. Rad. chin. ſarſaparill. caryophyllat. ivæ arthet an. ℥j Rad. contrayerv. leviſt. an. ʒij. H. rut. ivæ arthetic. abrotan. ſabin. *ſalv.* ſcord. an. Mß. caſtor. ʒß. cort. aurant. citr. an. ʒiij. fl. ſamb. Mj. roriſmar. P. ij. ſem. angelic. & anis. an. ʒij. Incis. & contus. affund. ſpir. acet. opt. dephlegmat. ℔j. macer. vaſe vitreo clauſo in loc. calid. per aliquot ♁. Exprim. totum infus. & filtra. In liquore filtrato macera denuò lumbr. terreſtr. ab omni immunditie repurgatos n. xxxv. defunde, & ſemel atque iterum per chartam filtra, quò magis defæcetur. S. ad uſum.

*Decoct.*

§. 2. *Henr. à Braa*, Medicus Campenſis, propinavit ſuis hoc decoctum:

℞. Rad. ſucciſ. ℥j. ariſt. rot. ʒiii. *ſalv.* nob. beton. an. Mj. abrot. rut. vinc. pervinc. ſabin. an. P. j. coq. in 🜄 flumin. ad conſumtion. mediet., cum hujus decoct. expreſs. ℥iv. pro vice trajician-

tur

Digitized by Google

tur lumb. terreſtr. circulis rubris in collo inſigniti, vinô prius abluti & triti n. 5., ther. elect. ℥ß. pulv. cinam. ℈j. ſacch. q. v. Dos. manè calid. corpore contectô, pro ſudore ciendo, ſœpius repetenda. Nobilis quædam è Diæceſi Monaſterienſi matrona ſeq. potionem pro ſingulari arcano habuit, quã *Wierus de Varis* hoc modo deſcribit exque eo *Drawiz l. c. tit. I. p. 35. Gr. Horſt. Sect. II. epiſt. med. p. 354.* & *Möllenbroc. de Varis c. XIII. p. m. 243.*

℞. *Salv.* beton. rut. an. fol. v. lumbric. c. cingul. rubr. in collo n. 5. ſabin. parum ſucciſ., ſeu mors. diabol. rad. n. ij. Quæ omnia ſimul c. ▽ fl. ſamb. cochl. V. contuſ. & per cribr. expreſs. primo die exhib. add. ℈ij. rad. ariſtol. rot. componat. æger ad ſudorem.

Decoct. ſudoriferum *Gr. Horſt. L. de tuend. ſanit. p. m.* 270. tranſcripſit *Möllenbroec. l. a. c. XI. p. m.* 166. Apozema purgans idem dabit *Pegaſus I. Salviâ* condecoratum *l. a. p. m.* 108.

§. 3. *Elixir Timæi. L. III. cas. med.* 36. omni elogio majus:

℞. Rad. vincetox enul. ariſtol. rot. Zedoar. caryophyllat. pœon. an. ʒij. *ſummit. ſalv.* beton. ſerpill. rut. abrotan. chmædr. chamæp. an. ʒj. anth. ʒiß. ſp. diam. d. dianth. lætif. Gal. an. ʒj. ſem. citr. ℈iiij. ther. Andr. ℥ß. fæcul aron.

℈iv.

Digitized by Google

℈iv. pulveris. aff. 🜈. malvat. ad eminent. 4. digitor., ſtent benè tecta in digeſt. per 3. ρ, poſtea 🜈 abſtrahat. ad conſiſt. mellis: reaffund. 🜈 modò abſtract. ℔ß. ſpir. cochlear. ℥ij. ſpir. naſturt. aquat. ℥j. ſpir. rub. id. ℥ß. eſſent. lumbr. terreſtr. ℥vj. digere per 3. dies, poſtea filtra & S. ad uſum. Doſis à ℈ß. ad ℈j. in vehiculo. Conf. *Tiling. Prodrom. prax. chym. p. 779.*

Aliud *D. D. Michael.* vid. ſis apud *Möllenbrocc. l. a. p. 219.*

§. 4. *Pulverem* porriget Idem *Möllenbrocc. l. a. p. 245.* *Oleum* Fernelij *Dravviz. l. c. p. m. 68.* & *Möllenbroc. l. d. p. 284.* cui tale: *Pulv.* 🝆.

℞. 🝆. lumbric. terreſtr. ℥j. ſtill. cochl. *ſalv.* rut. roriſm. an. gt. vj M. D. S. äuſſerlich Oel/ qua partes debilitatæ, adque motum ineptæ inungantur.

§. 5. *Aqua* externe cum fructu uſurpanda *Möllenbroc. l. a. c. xv. p. 278.* hæc: *Aqua.*

℞. Acerv. formicar. n. 1. vel ij. aff. vin. opt. canthar. X. deſtill. ſ. a. poſtea

℞. Summit. abiet. M iv. bacc. junip. ℔ß. fl. lavend. M vi. prim. ver. beton. ſamb. ſummit. arb. vit. fol. laur. *H. ſalv.* roriſm. chamæp. an. M iiij. cubeb. ℥iij. deſtill. iterum, poſtea add. rad. pyreth. ℥iij. ſtent in digeſtione, poſtea filtrent. per chart. emporet. & hæc ▽ uſui S.

℞. Hujus ▽æ ℥iiij. ſpir. lumbr. terreſtr. ℥ij.

ſp.

Digitized by Google

ſp.cochlear.rectif.ʒij. M. S. äuſſerlich Glider-Waſſer.

*Pedilavium.* §. 6. Sequens *pedilavium* ad confortandos pedes & diſcutiendam materiam peccantem maximè utile:

℞. H. roriſmar. ſerpill. *ſalv.* an. Mij. chamædr. chamæp. beton. beccab. fl. chamom. an. Mj. bacc. junip. Mij. ſal. commun. Mj. incis. & cont. D. in chart. S. Species zum Fuß-Bad.

*Fotus.* §. 7. In dolore crurum, manuum, pedumque tumore ſcorbutico *Poter. C. II. obſ.* 43. ſeq. præſcripſit *fotum*:

℞. Bacc. junip. laur. an. ℔ß. f. roriſm. *ſalv.* menth. abſinth. majoran. an. Mij. fl. ſtæch. chamom. hyperic. an. P. I. coq. in s. q. vin. & ▽ pro fotu.

Ad tumorem crurum œdematoſum conveniunt fomenta ex *ſalvia*, fl. ſambuc. roſm. ſerpill. beccab. naſt. aquat. bacc. iunip. *Sennert. l. a. p. m.* 644.

*Obſ. pract.* §. 8. Ego nonnullos ita reſtitui.

*Vinum.* [I.] Dedi *vinum* medicatum:

℞. Fol. beton, cuſcut fumar. ſcolopendr. chamædr. an. P. ii. *ſalv.* Mj. raph. ſylv. rad. filic. polyp. q. cich. an. ʒij. H. cich. e-pat. nob. an. P. I. cort. tamariſc. & rad. cappar. an. ℥ß. fol. ſen. alex. s. ſt. ℥iß. Rad. helleb. n. ppt. ʒij. rhab. el. ℥ß. ag. troch. ʒiij. flaved. cort. citr. ʒij. cinam. ʒj. ♀ crud. puriſs. ℥ß. Incis. & cont. D. in ſind alb.

[II.] Extr. panchym. Croll. ſecund. deſcript. ℈j.

Digitized by Google

℈j. helleb. n. gr. v. mag. jalapp. gr. i. ſcammon. ♀at. gr. j. ol. *ſalv.* gt. iij. ℞ F. pil. n. xvij..

[III.] Croc. metall. abſinth. gr. VI. inf. per noct. in vin. rhen. ℥ij. & ▽ cinam. ʒij. mane, abjectô crocô, D. purus liq. *Vomitor.*

[IV.] Interim aſſiduè uſus ſum *Elix. Timæano* antiſcorbut. *Elixir.*

(V.] Potum ordinarium ita fecimus:

℞. Fol. recent. cochlear. trif. fibr in. *Salviæ*, H. naſturt. aquat. chelid. maj. rut. murar. beccab. an. Mj. fumar. pimpinell. an. Miß. Summit. abſinth. pini an Mß. cort. fraxin. ℥j. bacc. junip. ℥iß. R. enul. ℥j. cichor. ʒvj. inciſ. & cont. include doliolo, affund. cerevis. recent. ℔xxiv. poſt fermentationem Col. clara & defecata ſumat. bis ſeu ter in die ab. ℥vj. ad ℥x. plus minus, ad placitum. *Potus.*

[VI.] Decoctum *Timæi* lignorum p. 165., innexâ tamen *Salviâ*, utramq; mihi fecit paginam. Externè uſus ſum linimentis, ac cataplaſmatibus, fotibusque ſuprà *Sect. II. Parte I. Membr. I. c.* 12. *& præced. c.* 7. deſcriptis, mutatis tamen ſemper mutandis, & ex arte fideliter applicandis. *Decoct. lignor.*

§. 9. Nobilis *Weſtphalus* moleſtiſſimô hoc malô diu afflictus, in rabiem ferè actus, à nullo, etiam probatiſſimo, remedio, tam interno, quàm externo, vel tant illum ſenſiſſet levaminis, ſic, ut jam *Obſ. alia.*

omnes

omnes actum eſſe clamarent. Supervenit fortè ruſticus, ſubditus ejus, & optatam ocyus nobili ſuo ſpondet medelam, modò *vaccam*, quam abduci juſſerat, ille ſibi redderet. Dictum factum! Rogatus deinde, quô uſus ſit remediô, ſine mora dixit. *Hepar* erat *milvi*, quod cum vino, in quo per noctem macerati erant *lumbrici terreſtres*, languenti propinaverat, ſubſequente ſudore, commendans eidem per integrum menſem vinum Moſelanum *ſalviâ* & betonicâ conditum.

*Alia.* §. 10. Matrona quædam in *Dania* ex *ovis pavonum* ſingulare parabat remedium, quod cum *ſucco ſalviæ* expreſſo, inſtillat: guttul: aliquot ſpir. lumbricor. terreſtr., *arthriticis* hiſce propinabat, verùm quô ſucceſſu, indagare non potui. Belga quidam hoc *Lugduni* mecum communicavit.

*Alia.* ℞. Rufum *milvum*, quem regalem dicunt, eumque *vivum* in ſtercore equino per integrum menſem tumula, & poſtea ex *vermibus*, ex eadem ave natis, fac unguentum, cui admiſce ſpir. lumbr. volat. aliquid eſſent. caſtor: & *olei ſalv.* deſtillat. Sine dubio ex *Schrödero* deſumſit *L.V. Pharmac. Med. Chym. Claſs. II. p.m.* 321. ſed [quorſum diffitear] licet aliquoties in Ducatu *Gvelfyco* tentârim, voto tamen meo nunquam ſetisfecit. Tentent alii: fortè fient beatiores.

CA-

## CAPUT IX.

# DE USU SALVIÆ IN SPASMO SCORBUTICO.

### §. 1.

MIrabilis, at terribilis & flebilis affectus *ſpaſmus*, ſeu convulſio ſcorbutica, qua de ſolidè & doctè *Dravviz. l.c.p.m.72.ſeqq.* Curatio tribus inſiſtit fulcris. (I) ut materia peccans, circa meſenterium, lienem &c. nidulans eliminetur. (II) ut cor, hepar, lien, caput, & reliqua viſcera, defendantur & confortentur. (III) ut nervi, maximè equidem in hoc affectu debiles, conſerventur & corroborentur. Primo ſcopo inſervit *Elect.* Medicorum *Marburgenſium*, tribus auroris interruptis ad ℥ß. datum, ſi vires modò ſinant, & quatuor abhinc horis juſculum, roremarin. *Salv.* majoran. thymo &c. conditum. Tutò etiam fauſteque iſti elect. immiſcuimus *Salviam*. Conf. *Horſt. Cent. Probl. med. Decat. ult. qu. 7.* *Elect.*

§. 2. Pro potu ordinario, præmiſsâ evacuatione, cum Cl. *Taurero*, Med. Hirſchfeld., ſeq. ordinaveris vinum: *vinum.*

℞. Rad. cichor. ℥j. vincetox. caryophyllat. an. ℥ß. ſucciſ. pœon. an. ʒij. H.

T be-

beton. cap. ♀. ivæ arthet. primul. ver.c.tot.an. Mj. fl.anth. *Salv.* thym. an. Mß. fol. card. ben. Mj. inciſ. D. pro vino.

§. 3. Duobus aliis ſcopis ſtrenuè inſervient *elect. confortans*, & *pulv. convulſivus* eorundem D. D. *Marburgenſium*. Illud tale:

*elect. confortans.*

℞. Rad. pœon. viſc. querc. an. ℥ij. caſtor. *tt. ſalv.* an. ℥j. bacc. laur. cran. human. uſt. an. ℥ij. ther. alex. mithridat. opt. an. ℥ij. Mell. deſpumat. q. ſ. f. elect. Doſ. ℥ß.

*pulv. convulſivus.*

Hic verò ita componitur:

℞. Pulv. rad. vincetox. enul. camp. ſucciſ. caryophyllat. pœon. ℥iß. bacc. laur. ℥ß. *ſummit. ſalv.* ſerpill. fl. anth. an. ℥ij. ſp. diam. d., pler. arch. dianth. an. ℥j f. pulv.

Præmiſsâ purgatione alternatim utere *electuario* & *pulvere*, interpoſitâ & repetitâ interdum purgatione. Ceteras cautiones docebit *Dravviz. l. c. p. 107. ſeqq.* Qui *p. 121.* paulò immutatum auctumque hunc pulverem quoque largitur.

*obſ. pract.*

§. 4. Hiſce remediis feminam quandam nuper, Dei gratiâ, reſtituimus, præmiſſo vinô hoc medicatô.

℞. Rad. ariſtol. rot., filicis, helen. cal. arom.

arom. pol. q. an. ℨiij. armorac. ℥ß. *fol. ſalv. acut.* beccab. fumar. cuſcut. meliſſ. trif. fibrin. beton. card. ben. chel. maj. an. p. ij. H. chamedr. chamæp. an. Mß. fl. ſalv. lavend. an. p. i. ſummit. cent. min. p. ij. cubeb. ℨij. bacc. junip. ℥vj. ſem. aniſ. fœn. an. ℨij. N. moſch. ℨiij. D. inchart.

Doſ. ter quotidie ad ℥iij. inſtillando cuilibet gutt. viij. ſp. ſal. armon.

§. 5. *Henning.* Kleinſchmid multis in hoc affectu præſentiſſimum fecit levamen hôc *unguento.* *alia.*

℞. *Succ. ſalv. expreſſ.* ℥j. ſp. lumbric. terreſtr. ciner. talp. an. ℨij. opii thebaic. ℈ij. M.

Internè dabat eundem *ſuccum* cum ſp. lumbric. imperando ſudorem. Quia ſcio, multis hæc remedia profuiſſe, annectere ea volui, cum & *olitor* interdum opportunè loquatur, & vilis aliquis *barbitonſor* ea aliquando non neſciat, quæ *faſtuoſus* hodie *Licentiatus* (Bonorum memoria ſit in benedictione!) nunquam addiſcet. Adeò multi venirent ad ſapientiam, niſi ſtultè crederent, jam ſeſe dudum eò perveniſſe, ſcilicet, oben an / wo die Fläddermäuſe hecken. Heu mihi! quanta res eſt *Sapere.*

CAPUT X.

# DE USU SALVIÆ IN PSORA SCORBUTICA.

§. 1.

*obſ. pract.* VIr quidam Generoſus (quo de etiam in *Cynograph.* noſtra *Curioſ. Sect. ult. c. X.* §. *19.*) fœdisſimâ *ſcabie cruſtosâ*, eâque niveâ, ſiccâ tamen, per totum fere corpus (in capite præſertim & dorſo,) quaſi obductus, cum intolerabili & continuo pruritû, ſummâ cachexia, doloribus per intervalla (inprimis noctu) atrociſſimis, deturpato faciei colore, pedibus maximè tumidis, notabili fœtore & gravi halitu, &c. à nonnullis pro *leproſo* & *elephantiaco*, ab aliis pro *luis Venereæ* candidato diu, at fruſtrà, curatus, meum denique, licèt ſeriùs, extorſit judicium. Omnibus, ut fas eſt, ſobriè expenſis, Domine, ajebam, nec *Græcus*, nec *Arabs* es, nec *Gallus*, vel *Neapolitanus*. Si, priſcâ Germanorum fide, obſequium mihi ſpoponderis & patientiam, ego viciſſim tibi, divinâ gratiâ, ſanitatem pollicebor. Apage lepram cum pudendagra. *Scorbuticus* es. Prudenti pauca!

§. 2. Rem igitur animosè aggreſſus, præ-

præſcripſi *vinum* digerens & incidens. *vinum.*
℞. Rad. helen. polyp. q. raph. ruſt. angelic. an. ℥ij. fol. cuſcut. agrimon. trifol. aquat. cochlear. fumar. rut. mur. *ſalv.* chelid. min. an. Mß. ſem. naſturt. hort. aniſ. cochlear. an. ʒiß. ſummit. cent. min. abſinth. an. p. ij. fl. bugloſſ. *ſalv.* an. piß. bacc. laur. ℥ß. N. moſch. gal. min. an. ʒj.
Inciſ. & contuſ. D. ad chart.
Deinde purgans. ℞. Rad. cich. polyp. q. *purgans.* an. ℥iij. ſem. aniſ. ʒj. *f. ſalv.* Mß. fl. viol. bugloſſ. an. p. 1. Paſſul. min. tamarind. enucleat. an. ℥ß. inciſ. & cont. minutiſſ. aff. ▽ fumar. q. ſ. ebulliant ſemel ac iterum: Exprim. fortiſſ. & colat. fervidiſſ. ℥iiij. infund. per noct. fol. ſenn. 5. ſt. ʒiij. ſtent in cineribus vaſe benè tectô: Manè, poſt lenem ebullition., exprim. Col. add. Syr. roſ. ſol. cih. c. Rhab. an. ℥ß. tartar. vitriol. gr. viij. pulv. rad. elleb. n. præp. gr. vi. f. potio.
Septies alvum dejecit cum εὐφορίᾳ, con- *pilulæ.* tinuando poſtea cum vino, quô exhauſto dedi pilul. ex extr. panch. Croll. ℈ß. turpeth. gr. viij. tartar. Querc. correct. ℈j. troch. alhandal. gr. iij. c. ▽ *ſalv.* confect.
Excrevit decies, Sudoriferum ex Sal.

vol.

vol. CC. & viperar., *ſal.ſalv.* cum ſp. theriacal. camphorat. fl. ſamb. & aq. card. bened. paratum ſummoperè commendavit. Denuò purgatus, ſumſit decoct. lign. gvajaci, deſcenditq; in balneum ex Rad. lapath. acut. helen. bryon. pariet. Scabioſ. malv. fumar. Veron. *ſalv.* chel. min. fl. melilot. cham. tartar. crud. &c. confectum.

*balneum.*

*unguentum.*

Egredientem ex illo inunximus.

℞. pulv. Rad. lapath. acut. ʒß. ariſt. long. alth. an. ℥j. fl. 🜍 ℈j. terebinth. ʒß. lithargyr. acet. roſ. prius bene dilut. ʒß. 🝆 roſ. ℥iij. *ſalv.* ℈ij. caryoph. ʒß. aq. roſ. & cer. an. q. ſ. f. ungvent.

Datô denique confortante in forma *electuarii*, cum regimine diætæ Generoſiſſimum virum dimiſimus, qui adhuc pancraticè valet.

*obſerv.*

§. 23. Eâdem ferè methodô fauſtè etiam reſtituimus puellam XV. annorum in Præfectura *Winzenburgica*. Adde, ſi placet, *Obſerv. meas*, ſuperiori anno edit., & *Dec. II. Ephemerid. Curioſ. German. Ann. V. annex., num. 103*

MEM-

# MEMBRUM V.

## DE AFFECTIBUS RENUM ET VESICÆ.

### Caput I.

### DE USU SALVIÆ IN CALCULO ET APOSTEMATE RENUM AC VESICÆ.

§. 1.

Sexagenarius ex *calculo renali* acerbiſſimo dolore infeſtatus, cùm ſe ſequenti inſeſſui mandâſſet, & ſaccuſos ex iisdem ſpeciebus contextos loco dolenti applicâſſet, intra horæ quadrantem, dolore penitus profligatô, incolumis evaſit. *Ruland. L. III. Curat. empiric. p. m. 282.*

℞. fl. chamom. melilot. aneth. ſem. fœn. gr. lini an. Mß. H. abſinth. menth. puleg. calaminth. abrotan. ſem. carv. ameos, Rad. acori, pol. q. fl. beton. ſtæch. arab. *ſalv.* H. paralyſ. origan. Gran. junip. bacc. laur. an. Mj. roſ. rub. H. chamædr. chamæpit. ſpicæ, gran. myrt. an. Mß. ſal. nitr. ℥ij. 🜄 viv. ℥v. inciſ. & cont. ind. ſaccul. coq. in aqu. pro inſeſſu. *balneum.*

§. 2. Sequens *ſyrupus Craton. L. VI. ſyrup. conſ. med. 94. p. m. 633.* valde ſalutaris

deprehenditur. ℞. *Fol. ſalv.* Mß. R. alth. ſine meditullio ℥iij. liquirit. raſ. ʒvj. gran. alkekeng. ℥iij. fol. menth. criſp. P. I. coq. in aqu. ℔iß. ad conſiſt. tert. part. Col. R. ℔ß. in qua diſſolv. ſyr. viol. ℥iß. liquirit. ℥iß. Mell. roſ. ſol. ℥j. M. pro iiij doſibus. Abſtergit blandè & mitigat ardorem.

*calculus veſicæ medicamento frangitur.* §. 3. Magnæ equidem molis eſt, *calculum veſicæ* medicamentis frangere, adeò, ut plurimi Autores, (citante eos *Reyſio in camp. elyſ. iuc. qq. 87. §. 15.*) unô ore conſtanter pro *impoſſibili* habeant. Audi doctiſſimum *Panarolum Pent. II. obſ. 2.* publicè ita loquentem; *In veſicæ calculo nullus adeſt remedio locus, exceptâ ſectione. Dicant, quicquid velint, Medici, nugæ ſunt, errores & figmenta.* Attamen *Cl. Beverovicius Lib. de calcul. ren. & veſic. c. XII. p. m. 174.* hoc non modò antiquorum *autoritati*, ſed & ipſi *experientiæ* adverſari dicit. Certè *Borrichius* nuper in *Act. Med. Hafnienſ. Volum. I. obſ. 77.* in ſexenni puello *calculum veſicæ*, magnitudine juglandis minoris & ſiliceæ duritiei, in fruſta, fabis æqua, medicamentis confregit feliciter. *Add. Tom. II. Eph. Cur. German. obſ. 124. & 220.* Saccharum præſervativum *D. Kolbii vid. in append.*

*Adv.*

*Adv. Cur. Birling. C. I. p. 163. B.* adde inſigne *Elix. nephrit. Rolfincii L. IV. Chym. Sect. 2. c. 14.*

§. 4. Novi Paſtorem in *Saxonia* inferiori, qui, præſervationis causâ, ſingulis Lunæ quadris, in decoct. rad. petroſel, *ſalv.* & veron. ℥ij. incineratæ *motacillæ* eximio cum ſucceſſu ſumebat. Alius præferebat cinerem *pari carbonarii majoris*, quem vulgò dicimus Kohlmeiſe. Nobilis cinerem *cuculi* crebriùs uſurpabat, quem etiam febricitantibus propinabat. Alia cinerem *palumbi.* Alius frequentiſſimo in uſu habebat pulverem *aſellorum*, in vehiculo datum, ad ℈iv. ſeu ℥i. *obſ. pract.* *alia.*

§. 5. Puella XVII. annorum, ex vitio hæreditario *renum calculo* crebriùs obnoxias ex nulla re majus ſentiebat levamen, quàm ex *gryllis incineratis*, (Heimichen/) quos cum aq. filipend., aut *ſalv.*, vel veron., aliové vehiculo, in novi- & plenilunio, à ℥ß. ad ℈ij ſumebat. Senior quidam Canonicus in Weſtphalia maximè commendabat *teſtas limacum*, quas cum lacte *caprino* ſingulis menſibus, etiam in ipſo paroxyſmo, hauſit. Alius *lac Aſininum* malebat, quod fortius abſtergeret. Alius mira narravit de *teſtis ovor. gallin.* calcinatis, *alia.* *alia.* *alia.*

T 5 (quæ

quæ etiam *Barbette prax. L. IV. c. 8. p. m. 211. omnia reliqua medicamenta* præcedere aſſerit:) ego tamen, ut ſincere loquar, in Domino *Audr. Rudeloſio*, Concionat. tunc aulico *Guelferbytano*, nullum omninò vidi effectum.

## CAPUT II.
## DE USU SALVIÆ IN URINÆ INCONTINENTIA.

§. I.

*fotus.* RIver. L. VIII. Prax. c. 7. pubi & perinæo applicat mane ſeroque fotum calidè ex Rad. enul. camp. cal. aromat. acor. cyper. an. ℥ß. fol. menth. *Salv.* origan. calamint. abſinth. an. Mß. nuc. cupreſſ. myrtill. gallar. & balauſtior. an. ℨj. roſ. rubr. p. i. coq. in p. æqu. aqu. fabar. & vin. rubr. ad ℔ij. in colat. diſſolv. ſalis & alumin. an. ℔j. f. fotus.

*aliis.* Et *Foreſtus L. XXV. obſ. 22.* in puella nobili XV. annor., ab ineunte ætate vitio hôc laborante ſequens feliciſſimè uſurpavit.

℞. H. menth. calaminth. fl. roſ. rub. an. Mj. *ſalv.* rut. origan. an. Mß. enulæ, calam. aromat. cyperi acor. an. ℨiij. thur. cort. granat. ſumach. lupul. gland.

gland. cupreſſ. balauſt. an. ℥j. coqu. in vino rubro gallico ſtiptico ad ℔iß. pro fotu pubis.

§. 2. Interdum quoque, poſt diffici- *balneum.* lem partum, urinæ incontinentia accidit puerperis, ad quam curandam *Sennert. L. IV. Prax. P. II. Sect. 7. c. 9. p. 466.* laudat balneum, è fol. beton. *ſalv.* laur. roriſmar. puleg. origan. fl. ſtæch. &c. confect. A balneo verò pubes inungatur unguentô catulino, quod ſis vide ibid.

§. 3. *Monachus* quidam *ſtrictioris ob-* *obſ. pract.* *ſervantiæ* moleſto hoc affectu adeò vexatus, ut vix ſacris amplius commodè intereſſe quiret, à circumforaneo quodam magno præmio hunc emit *pulverem*, à quo perfectè convaluit.

℞. Ciner. murium minor. ℥j. pulv. veſic. capræ nigræ ℥ß. *Rad. ſalv. hort.* ʒiij. in vigilia *(S. Franciſci)* effoſſ. & pulveriſat. f. pulv.

Doſ. mane, à meridie, & veſperi ʒij in aq. plantagin., aut vino rubro.

Huc quadrat inſignis obſervatio Excell. D. D. *Febrii*, Præſidis noſtri nunc Emeriti, *Dec. I. Eph. Cur. T. VI. n. 88. p. 123.* Cætera, quæ Monachus adjecit, de effoſſione in vigilia *Franciſci*, ſuperſtitioſa videntur; Solô *murium* cinere femina illa curata eſt, qua de in

Obſ.

*obſerv. meis Medic. Phyſ. nuper edit. num. 78.*

## CAPUT III.
## DE USU SALVIÆ IN ISCHURIA.

§. 1.

*obſ. pract.* JUvenis XXVII. annorum omnimodâ *iſchuriâ* cum maximis tormentis ultrà ſextiduum infeſtatus, & vulgò pro *nephritico* habitus, accepit à me clyſt.

℞. decoct. emollient. pro clyſter. ℥x. elect. ben. laxativ. unguent. clyſmatic. Auguſtan. an. ℥iß. diacathol. lenit. ʒij. ſal. gemm. ʒj. clyſt.

& pulv. è ſpec. lithontrib. Fernel. gr. XXIV. cryſt. tartar. gr. viij. ſal. ſtip. fabar. ononid. volat. ſuccin. *ſalv.* an. gr. iij. ſp. ſal. dulc. gutt. ij. pro una doſi, d. in aqu. petroſilin. & malv. an. ℥iß. Quô ſumtô, urina denuò fluxit, evaneſcentibus doloribus. Renes penémque inunxit 🜖 ſcorp., ſeu anethin., junip. *ſalv.* &c. impoſitis cepis cum allio inciſ. & cont., inque aceto & butyro frixis. Tertiô die ad conſuetos rediit labores. Deo gloria!

*alia.* §. 2. Miles quidam *Hamelenſis* ſolô cinere *reguli* aviculæ, in decoct. *Salv.* & Ve-

Veronicæ propinato, quamplurimas fauſtè reſtituerat. Næ cinis *reguli* minimè temnendus in hoc affectu: Hinc *Cl. Doleus* pulverem ſuum ſpecificum hoc *cinere* auget, vid. ſis eum *L. III. Encyclop. Med. c. XIII. p. 620.*

§. 3. Novi honeſtum Virum *Holſchaminda* ad Viſurgium, *ſeptiduana Iſchuriâ* miſerrimè afflictum, cui, omnibus aliis fruſtrà tentatis, *Vitus* Meyer / Chirurgus Veteranus, in decocto radicis *filipendulæ* rubræ, *ſalviæ*, & *calcatrippæ*, admirabili cum ſucceſſu, *cerebrum picæ maris* exſiccatum ad ʒiv propinabat, Viro adhuc, nî fallor, ſuperſtite. Equidem mira præſtat *filipendula*, notante *Velſchio* noſtro *II. Mictom. 45.* De *picæ* autem *cerebro* (ſeu mas, ſeu femina fuerit, meo judiciô, parum refert,) memorabilis hiſtoria *Formii*, Chirurgi Monſpelienſ., *in obſ. Riverio communicatis p. m. 163.* *alia.*

## CAPUT IV.
## DE USU SALVIÆ IN MICTU CRUENTO.

§. 1.

Citò, tutò, & jucundè (ſi boni Medentis officio, juxta *Aſclepiadis* effatum, relatore *Celſo L. III. c. 4.* fungi velis,) affectũ hunc curabis *decoctô* *decoct.*

*Myn-*

*Mynſichtianô, ſect. XXV. armam. Med. Chym. p. 386.*

℞. Rad. glycyrrhiz. ℥j. ſem. pap. alb. gran. myrtill. an. ℥ß. glandium acaciæ an. ʒij. H. veron. cap. ♀. ceterach., *ſalv. min.*, ſanguiſorb. an. ʒiß. fl. roſ. rub. ʒj. pap. errat. ℈j. coq. in aq. font. ut remaneant ℔ij, quæ ſyrup. è ſucco viol. edulcor. Doſ. mane & veſperi ad ℥ij ad ℥iij. & iv.

*aliud.* §. 2. *Molleri in myſt. & miracul. Med. Chym. p. 88.* hoc:

℞ Veron. *ſalv.* min. Ranis ſylv. an. Mß. gland. ʒj. acac. ʒij. f. decoct. ad ℔j. Col. add. Mell. opt. q. s. pro mediocri dulcore.

*aliud.* §. 3. *Timæanum* hoc in *deſcript. med. caſ. ej. annex. f. 415.*

℞. Rad. alth. liquirit. an. ʒvj. conſolid. maj. biſtort. cichor. gran. fænic. an. ʒiij. H. Veron. agrimon. endiv. cap. ♀ prunell. vulg. burſ. paſt. plantag. ſanicul. an. Mß. ſem. 4. fr. maj. excoct. an. ʒiß. fl. hyperic. roſ. rubr. *ſalv.* an. p. i. fruct. ſebeſt. jujub. alkekegen. an. n. vij.

Inciſ. & conquaſſat. coq. ex aqu. ſ.

℞. Colat. ℔iiß. cui admiſce

Syr. de ſymphit. alth. an. ℥iiß. M. clarif. & filtr.

§. 4.

§. 4. Cibum faſtidientibus, *ſangui-nem mingentibus* & exſpuentibus, nec non mulierculis, urinæ incontinentiâ poſt partum correptis, miraculosè auxiliari dicit *Mynſ. l. a. p. 122.* ſp. ſuas *dia-plantag.*, quas ſupra *Sect. I. cap. 6. §. 2.* tranſcripſimus. Doſ. à. ʒß. ad ʒj. mane jejunô ſtomachô, vel ante prandium & cœnam, cum ℥ij vel iij liquor. ſtillat. plantagin. Hôc ſuô exemplô confirmavit nuper Parochus *Haſſiacus*, qui hunc pulv. *Mynſicht.* in tali affectu ad aſtra tulit. *ſp. dia-plantag. Mynſ.*

§. 5. Studioſus quidam in hoc affectu olim ſequens uſurpabat electuarium: *obſ.*

℞. Conſ. rad. ſymph. maj, ℥iß. ſp. dia-martis Mynſicht. ℥j. tal. ſuill. ℈ij. bol. armen. ʒß. *eſſent. ſalv.* ʒvj. ſyr. maſtich. q. s. f. electuar.

Quô ſumto, & præmiſſis univerſalibus, balneum ingreſſus *ſalviâ* conſpicuum. Et cuncta eveniebant ex voto.

*MEM-*

Digitized by Google

## MEMBRUM VI.

DE

# AFFECTIBUS PARTIUM GENITALIUM VIRILIUM.

## Caput I.

## DE USU SALVIÆ IN FRIGIDA INTEMPERIE ET PRURITU TESTIUM, NEC NON IMPOTENTIA VIRILI.

§. 1.

*unguent.* INternè commendat *Sennert. Prax. P. XI. c. 1.* Singulare *unguentum Cl. Joëlis in pruritu teſtium L. VII. pract. Sect. 2. §. 6.* hoc:

℞. Pulv. ſulph. viv. ℥ß. camph. ℈j. bacc. laur. ℥ij. *ſalv.* fol. majoran. an. p. ij. butyr. ℥ij. ſucc. apii, ſucc. rad. lapat. acut. an. ℥ij. ſimul concoq. ad ſuccor. evaporation. Col. & infrigident., vel in aqu. frig. inf. & refrigerat. conſervent. f. unguent.

*balneum.* §. 2. *Cl. D. Hannemann*, Collega Curioſus, in nova ſua *methodo* in *impotentia virili* pro Generoſo viro ſequens ordinavit balneum. *Bonet. L. III. Med. Sept. Sect. 33. c. 3.*

℞. H.

Digitized by Google

℞. H. majoran. meliſſ. betonic. *ſalv.* ſerpill. an. Miij. fl. roſ. borrag. bugl. viol. an. Mij. ſem. 4. fr. maj. an. ℥ß. *carn. bovin.* Vitul. coct. in jure balnei an. ℔xj. panis ſimilagin. MV. pœon. bryon. an. ℥j. M. f. decoct. in lact., & decoct. affund. vin. malvat. ℔v.

§. 3. Hoc *electuarium* Doctiſſimo cuidam Viro inſigniter profuiſſe ſcio. *elect.*

℞. Condit. rad. eryng. helen. an. ℥j. Cond. nuc. moſch. ʒiij. *Conſerv. ſalv.* citr. anth. an. ʒvj. diaſatyr. Meſu. prim. deſcript. cort. citr. condit. an. ℥ß. eſſent. ſatyr. ℈iv. Conf. alch. complet. ʒij. c. ſyr. cinam. f. electuar.

§. 4. Alius, præmiſſis præmittendis, *obſ.* pulv. ex raſura *priapi cervini*, teſticulis *galli*, & cerebro *paſſerum* confectum, ad drachm. 1. ſeu ℈iv., bis quotidie cum vino *ſalviato* uſurpabat, remque ſuam egit feliciter. Generoſa femina, caſti amoris amans, Illuſtri marito, ob *frigidam* *alia.* *teſtium intemperiem*, onera matrimonii ſegnius perſolventi, ſtimulum, vires, calcarque datura, per integrum menſis ſpatium, neſcio ob quam morbi, ut perſvaſerat ingenioſa, emendationem, conſentiente Medico, *perdices* dedit vorandas, aſſas & elixas, plerumque *ſalviâ* repletas, ſeu conditas. Hoc ſtratagemate



Digitized by Google

torpor excuſſus, illeque pias haſce fraudes venuſtâ *filiolâ* dilectiſſimæ ſuæ compenſavit.

*alia.* §. 5. Solam intemperiem *frigidam*, ſimplex *ſalviæ decoctum* emendat, quod nuper *textori* cuidam in vicinia commendavi, & quibusdam aliis. *Piſcator* tempore verno & hyemali aquas ſubinde ingreſſus; inque iis diutius aliquando morans, totam temperiem ſuam commutavit in *frigidam*, ut *ſterilis* factus, & magnam *auditûs gravitatem* ſibi contraxerit, quam tamen, etiam *ſalviæ* beneficio, emendavimus. Ad *Venerem* verò usque ad exceſſum ineptus mansit, vegetus aliàs & ſatis robuſtus.

## Caput II.

## DE USU SALVIÆ IN GONORRHOEA ET HERNIA VENTOSA.

§. I.

*decoct.* IN *gonorrhœa* ex longo decubitu & uſu alimentorum evchymorum ex *Rondeletio* commendat *Foreſt. L. XXVI. obſ. 14.* decoctum per ſyringam in anum exigua quantitate injiciendum, ægro ſuper ventrem incubante:

℞. Rad. ireos ℥j. fol. myrtill. lentiſc. cupreſſ. an. ℥ij. roſ. rub. *ſalv.* an. ℥j. ſem. agni

agni caſti ℥ß. rut. ℥ij. coq. in vin. doſ. ℔iß. rejectis prius excrementis.

§. 2. Inter alia remedia contra *herniam ventoſam* & hunc *fotum* adhibuit *Foreſt. L. XXVII. obſ. 25.* *fotus.*

℞. fl. chamom. rut. melilot. origani. abſinth. artemis. *ſalv.* calaminth. ana. Mj. ſem. aniſ. cumin. fænic. carvi, ammeos an. ʒij. coq. in aqu. & vino pro fotu, adjectô pauco acetô.

§. 3. Elegans ejusdem ex *Rondeletio* transſcripta *opiata* in *bubonocele* puellæ cujusdam *l. c. obſ. 18.* *opiata.*

℞. Conſ. roſ. ant. ſymphit. an. ℥j. *fl. ſalv.* acor. vulg. an. ℥ß. troch. de carabe, ſeu ſpodio, vel de bolo ʒiij. blatt. byzant. uſt. & lot. in card. equin. aqu. ʒij. c. ſyr. cydon. f. opiat. doſ. quantitas nucis, ſuperbibend. parum vini rubri.

§. 4. Juvenis quidam Gallus *gonorrhœam* ſuſtulit, præviâ purgatione & ſudorifero, *ſolo pulv.* foliot. menthæ exſiccat. *fol. ſalv. hort.* & ſemin. rut., cujus ℈iv., ſingulis diebus quater, in vino ſumſit. *obſ. pract.* Alius *flores ſalviæ hortenſis*, in butyro caprino non ſalito toſtos, crebriùs devorabat. *alia.* Quod remedium Chirurgo Gratiopolitano *d'Aimar* acceptum ferebat. Ego, ut candidè fatear,

U 2 non-

nondum hujus rei feci experimentum: tu verò ſi voles, per me licebit.

*alia.* §. 5. Alius uſurpabat *cinerem ranar. viridium* in decocto acetoſæ, millefolii, fol. quercûs, *ſalviæ* & balauſt. Alius *criſtam galli* pulveriſatam in eodem, vel ſimili, decocto ſumtam maximè commendabat, nec ſine optato eventu, non temtis tamen aliis, quæ ratio imperabat & methodus.

## *MEMBRUM VII.*

### DE AFFECTIBUS UTERINIS.

### CAPUT. I.

### DE UTERI INTEMPERIE FRIGIDA, EJUSQUE VASORUM ANGUSTIA.

§. 1.

*pessaria.* N*Obilis* hîc *ſalvia* omne feret punctum, quôcunque etiam modô uſurpata. Peſſaria à *Cl. Sennerto L. IV. Prax. P. I. Sect. 2. c. 6.* fiunt ſic:

℞. Agar. trochiſcat. ℥j. colocynth. ℈j. artemis. *ſalv.* majoran. dict. cret. an. ℥ß. excip. ſucco mercurial. & cum linteo vel ſerico raro f. peſſaria.

§. 2.

§. 2. Inſignis etiam potio *ejusd. l. c.* humorem pitutioſum efficaciter præparans. *potio.*

℞. Rad. fœnic. ℥j. valerian. helen. imperator. an. ℥ß. f. puleg. artemiſ. matricar. nepet. majoran. an. Mj. fl. cheir. roriſmar. *ſalv.* an. p. ij. ſem. ſiler. mont. aniſ. fænic. paſtinac. ſylv. an. ʒj. coq. in aqu. pro ℥x. colat. clarificat. dulcorat. ſaccharo.

§. 3. Præſtans etiam in *omnibus affectibus uteri ventriculique frigidis*, e.g. colica flatulenta, ſuffocatione uterina &c. *aquavit. mulier.* Altenb. apud *Hofmann. in theſ. pharmacevt. Sect. I. p. 18.* *aqua vit. mulier.*

℞. macis, nuciſt., cardamom. utr., caryoph. an. ℥j. cinam. macropiper. zzber. zedoar. an. ℈. meliſſ. *ſalv.* fænic. ſerpill. majoran. anſerin. an. Mj. menth. Mß. vin. rhen. ℔vj. infund. ſex d. & n. poſtea deſtill.

Doſis cochl. 1. vel ij.

§. 4. Et cùm *ſalvia* humores attenuet, & naturam, ad expellendos eos, inque uteri venis hærentes, easque obſtruentes, ſtimulet, multùm hic efficiet ſanè:

℞. artemiſ. majoran. calamint. mercurial. puleg. an. Mij. roriſm. *ſalv.* f. laur. fl. chamom. an Mj. coq. in aq. & de- *fum.*

coct. fove inguina & hypogaſtrium: ſeu f. exinde baln. *Senn. l. c. p. m. 34.*

*vinum.* Præſtans etiam *vinum Rolfincian. in cacochymia uterina:*

℞. Rad. angelic. imperat. helen. an. ℥j. cort. aurant. fraxin. an. ℨiij. f. calaminth. puleg. *ſalv.* rut. roriſmar. an. Mj. ſem. cumin. fænic. aniſ. an. ℥ß. bacc. junip. Mj. Zedoar. galang. cubeb. an. ℥ß. S. Species zum Säcklein in Wein oder Bier. Vid. *Med. Comment. ſpecial. L. V. S. II. c. X.*

## Caput II.

## DE USU SALVIÆ IN INFLAMMATIONE, IMBECILLITATE ET DOLORE UTERI.

§. I.

INter diſcutientia, in progreſſu morbi adhibenda, ſpecificè reponitur *ſalvia* recens à *Sennert. l. c. p. 79.* utilis ejusdem

*aqua vit. mulier.* *aqua vit. mulier.*

℞. cinam. el. ℥ß. caryoph. N. moſch., macis, gr. paradiſ. cardam. cub. an. ℥iß. galang. ℥ß. pip. long. zingib. an. ℨij. zedoar. ℥j. inciſ. aff. vin. alb. ℔vi. ſtent. in digeſtion. per viij. ♀ poſtea add.

Menth. meliſſ. roriſmar. *ſalv.* an. ℨvi. ſem.

ſem. fænic. aniſ. an. ℥ß. ſtent iterum in digeſtione 3. ☍, poſtea ☊la.

§. 2. ▽ *matricalis*, ſeu de meliſſa compoſit. in afficin. Lib. & Imperial. Reip. *Ulmenſ.* olim in frequentiori uſu erat, referente *Tonero in app. ad obſerv. med. p, 366.* *aqua matricalis.*

℞. fol. meliſſ. recent. ℔ij. rut. hort. *ſalv.* nobil. an. ℥iiij. fl. anth. ℥j. bacc. laur. caſtor. ſpic. ind. an. ʒj. inciſ. & cont. pon. in alemb. vitr. ſuperfund. parùm vini, & ſic macer. in ☉ e per XIV. ☍. tunc ☊la.

Aliam vid. ſis apud *Sennert. L. IV. P. II. Sect. I. c. 3. p. m. 122.* utraque in hoc affectu, à phlegmate & flatibus orto, utiliſſima. *alia.*

§. 3. In *dolore uterino* cum *menſtruis albis* pro Generoſa quadam Matrona ſeq. à *Plater. L. II. obſ. p. 429.* præſcriptum vinum. *vinum.*

℞. Sarſæparill. ℥vj. cort. guajac. ℥iiij. ſeſſafr. ℥ij. R. chin. ℥j. ireos ʒvi. galang. ʒij. H. majoran. beton. *ſalv.* an. Mj. fl. anth. lavend. an. p. i. ſem. aniſ. fœn. an. ʒij. raſa. inciſ. & contuſ. macer. in vin. optim. menſ. x. quarum ſingulæ ſint trium ℔. mercat. ſacch. ℔ij. cinam. ℥j. maceris ʒij. pon. in doliol., obtur., ſtent per 3. ☍.



Digitized by Google

Bibat de eo bis in prandio, & toties in cœna, continuando per menſ. Ita ſenſim & moderatius, præmiſſis tamen purgantibus univerſalibus, pituitam cum ſero per ſudorem & urinas evacuavit.

*ſp. matricalis camphorat.*

§. 4. *Sp. matricalis* Ulmenſ. optimæ etiam notæ, & deſcribitur à *Tonero l.c. p.* 366.

℞. Cinam., macis, cubeb., cardamom, gran. paradiſ. an. ℥j. galang. pip. long. Zedoar. an. ℥ß. *ſalv.* menth. criſp. an. M iiij. inciſ. & contuſ. infund. in 🜄. opt. rectiſ. in loc. calid. per hor. x i v. moveantur aliquoties, dein ♌la 🜂 lent.

℞. Camph. ol. am. dulc. an. ℔i. M. opt. & in alemb.* digere in baln. vel cinerib. per 14. ☍, aut plures, dum camphora totaliter diſſolv. cum ☍. Poſtea ſuperfund. ſp. præſcript., & rurſus per aliquot dies putrefiat, ut 🜄 eſſent. camphor. extrahat, deinde lento 🜂 in baln. ♌la usque ad diſſolut. camphor. In deſtillatione pone aliquot grana coccinea Kermes in alemb., ut rubedinem contrahat.

*balneum.*

§. 5. *Balneum* denique *Platerus l.c.* parat ita:

℞. *Salv.* matricar. artemiſ. beton. an. Mij.

Mij. fl. ſamb. chamom. lavend. ſtæch. an. p. j. ſem. fænic. ℥j. tartar. vini ℥iv. alum. ʒij. coq. in aq. addit. paucô lixiviô & vinô.

In *inflammatione* Medicus quidam etiam feliciter utebatur *ſalviâ*, ſed refrigerantibus catè mixtis, & illa in *parva doſi* præſcriptâ.

## Caput III.
## DE USU SALVIÆ IN MENSIBUS SUPPRESSIS ET IMMINUTIS.

§. 1.

Decoctum *fol. ſalv.* menſes urinasque ciere, partusque extrahere, è *Dioſcorid. L. III. c. 40.* ſcimus. Et ſic etiam eſt. Optimum igitur *Foreſti apozema, L. XXVIII. obſ. 4.* præmiſſis præmittendis, quod tale: *decoctum*

℞. Cort. tamariſc. ℥iß. rad. petroſel. apii fænic. an. ℥ij. agrimon. endiv. cichor. beton. artemiſ. matricar. mercurial., coſti vulg. abſinth. abrotan. *ſalv.* menth. hyſſop. an. Mj. cap. ♀. rec. Mij. polytrich. Mj. bacc. laur. junip. an. ʒiij. ſem. petroſel. aniſ. fænic. an. ℥ß. ammeos, carvi, ſeſelios an. ʒij. R. ariſtol. long. ʒiij ireos ℥j. ſabin. Miß. c. vin. pint. iiij. mell. deſpumat.



Digitized by Google

℥vi.ſacch.℥viij.f. potio. ſi cinam.addideris, & in modum clareti compoſueris, delicatior erit.

*elixir.* §. 2. *Elixir* uterinum *D. Michael.* maximè etiam laudatur, cujus hæc eſt deſcriptio;

℞. Herb. artemiſ. Miij. mercurial. majoran. *ſalv.* puleg. roriſmar. an. Mj. fl. calendul. hyperici, ſalv. ſpic. an. p. iij. cheiri Mj. Rad. leviſt. ariſt. rot. rub. tinct. angelic. an. ℥iß. bacc. laur. ℥ij. caſſ. lign. ver. ℥iß. ſem. leviſtic. naſturt. eruc. meliſſ. an. ʒij. croc. opt. ℥iß. antophyll. ℥j. inciſ. & contuſ. irrorent. ſp. hermaphroditico ex minera ♂tis & ♀is, adde ſplen. boum n. viij. extrah. ſpiritu meliſſ. & puleg. Doſis à ℈ß. ad ℈i in vehiculo ſpecifico. Vid. *Tiling. Claſſ. III. tit. 17. prodr. Prax. Chym. p. 727. & Deck. in not. ad prax. Barbett. L. IV. c. XI. p. 227.*

*ſyrup.* §. 3. *Syrupus de betonica* compoſitus, & ſalviâ auctus, ad capitis & uteri vitia propulſanda efficacior ſimplici, licet uſus ejus nonnihil eviluerit, eidemque ſyrup. de ſtæchad. *Fernelii* ſucceſſerit, Vid. *Claſſ. I. Pharmacop. Auguſt. p. m. 35.*

*liquor.* Utilis etiam poſt univerſalia *liquor Bruel. in Prax. p. 426.*

R. Rad.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| ℞. rad. ebul. ℔j. ſambuc. rub. tinct. ireos an. ℥ij. | fol. ſalv. artemiſ. an. Mij. coq. in aq. & vin. an. p. æq. ad tertias. |

Eſt magnarum virium, ad tempus aliquod ſi continuetur.

§. 4. *Sacculus Cratonis* talis *L. V. Conſil. 39. p. m. 210.* *Sacculus.*

℞. apiaſtri, *ſalv.* meliſſ. an. Miij. f. ſaccul. ventri applicandus.

*Fotus Grüling. L. IV. Pract. P. IV. c. 8. p. 450.* hic: *fotus.*

℞. H. artemiſ. mercurial. calaminth. puleg. rut. roriſmar. an. Mj. *ſalv.* Mß. cort. arant. ℥ij. fl. ſamb. chamom. ſtæch. an. p. i. coq. in vin. & aq. pro fotu.

§. 5. *Balneum* ejuſdem *C. III. obſerv. 12. & l. c. Prax. p. 451.* *balneum.*

℞. H. artemiſ. chamædr. abrolan. ſerpill. an. Mij. meliſſ. Miß. *ſalv.* rut. abſinth. puleg. an. Mß. fl. chamom. Miß. bacc. junip. Mij. ſem. lini ℥i. fl. ſamb. Mß. inciſ. & cont. d. ad chart. pro balneo.

§. 6. Virgo *Iſnacenſis* XXVII. annorum, menſes à multis annis *imminutos*, & *valde dolorificos*, ſenſerat, obtentô autem *vinô medicato*, ex *obſ. pract.*

fol. meliſſ. roriſmar. beton. an. Mj.

ar-

artemiſ. rubr. majoran. origan. an. M ß. Rad. helen. ℥j. cich. ℥ß. fl. cent. min. Mj. *Salv. p. ij.* bacc. junip. ℥ß. ſem. aniſ. fœnic. an. ʒj. Cort. citr. ʒij. nuc. moſch. n. 1. caryoph. ℈iß. M.

& purgato corpore catharticis & ſudoriferis, *balneum* fecit ſibi ex

fol. ſerpill. c flor. artemiſ. rubr. majoran. an. Mij. matri car. meliſſ. an. Miij. *ſalv. c. flor.* roriſmar. an. Mj. Fl. chamom. vulg. melilot. origan. hyperic. cent. min. ſamb. verbaſc. an. Mj. bacc. junip. ℥ij. ſem. lin. ℥i. Rad. cichor. petroſel. an. ℥iß. bryon. ℥j. M.

nec amplius audivimus queſtum.

§. 7. Decoctum *ſalviæ* ebibitum aut appoſitum, ait *Hofmann. L. I. M. M. c. 19. p. 360. a. menſes* evocat, ipſa autem *ſuffita* ſiſtit. *Roder. à Caſtro L. I. de morb. mulier. c. 5.* Idem *Hofmannus* elixir uterinum *Crollii* commendat, ſi loco ſpir. vin. ſurrogetur ſp. meliſſ. aut *ſalv.*, admiſtâ ſub fine ſale artemis: ſ. q. hoc enim moderatè menſes movet, roborat coctiones viſcerum, reſiſtit putredini, & lumbricis, ſi qui adſint, adverſum eſt, ut *obſ. alia.* in virgine quadam *Brunſvicenſi* 19. annorum experti ſumus ao. 1685. quæ, reſeratis tandem menſibus, magnam *ver-*

*mium*

*mium* copiam unà cum ſanguine excrevit, quos inter, notante Matre, unus erat *candidiſſimus, oblongus, roſtratus, inque capite & cauda punctulô quodam rubro notatus,* quem multis aliis, curioſitatis gratiâ, monſtravit, mihique exſiccatum. Eopſe annô in graviſſimam incidit *febrem verminoſam,* ex qua ægrè fuit redemta, ut alibi σὺν Θεῷ, latiùs narrabimus.

## Caput IV.
## DE USU SALVIÆ IN MENSIBUS SUPERFLUIS.

§. I.

Aëtius *Tetr. I. ſerm. 1. p. 24.* perhibet, *ſalviam* menſes immodicè fluentes *ſiſtere*; & ex ſententia *Agrippæ* vitalem conceptum continet. Audiatur ipſe: *Elelisphacos* (i. e. ſalvia) *calfactoriam vim evidenter habet, & leniter ſubadſtringentem. Quidam narrant,* ſuffitam ſuper prunas *menſes* immodicè *fluentes ſiſtere, itemque* muliebrem fluxum. *Agrippa* autem inſit: *Salviam,* herbam ſacram, *leanæ prægnantes vorant. Nam* vitalem conceptum *continet. Quare ſi ſucci ejus* heminam unam cum modico ſale *mulier bibat, quarta à puerperii purgamentis die, & viro condormiat,* infal- *Aëtii opinio.*

fallibiliter *concipiet. Ajunt, cùm in Copto Ægypti peſtis graſſaretur, eos, qui ſuperfuerunt, in ea regione* coëgiſſe mulieres & uxores ſuas *ad hujus* ſucci potentem *adeò* uſum, *& ad* plurimam ſobolem *perveniſſe.*

*balneum.* § 2. Hinc *balneum foreſti L. XXVIII. obſ. 18.* in *hydropica* deplorata, ob triennalem menſium fluxum, decumbente.

℞. fol. ſamb. roriſmar. unà c. flor., cumini, ſaliſ. an. p. ij. ſampſuch. *Salv.* laur. fl. chamom. rom. an. Miiij. coq. in aq. acet. acerrimo affuſ.

Aqua hæc in magnam cupam reponatur, vimine intertexto & cancellato ſuperimpoſito, & pedes nudi ſuper eodem ponantur, veſtibus undique circumcinctis, fumus ex eadem ▽ recipiat., ſudore omni mane provocato. Pedes etiam imponantur jejuno ſtomacho per plures dies.

*fotus.* §. 3. *Fotus Bruel. l. c. p. 415.* hic:

℞. Rad. & fol. plantag. ſymphit. an. Mj. *fol. ſalv.* Mij. balauſt. roſ. an. Miß. gallar. ſumach. an. ℥ivß. hypociſtid. rhois obſonior. an. ℥iiß. coq. in vin. rubr. adſtringent. q. ſ. ad tert. part. conſumt. Tomenta ſumen & renum regionem.

*obſ. pract.* §. 4. Honeſtiſſima & caſtiſſima femi-

mina in Ducatu Gvelferbytano multis abhinc annis *hæmorrhouſa*, conſiliô alius (qua de in tract. meo de *bufone Sect. II. c. 2. §. 6.*) fumum uſurpârat *bufonium*, nullô ſequente levamine, tandem *juniorem turturem* eviſceratum, repurgatum, inque aqua plantaginis & *ſalviæ* benè lotum, ſummitatibusque *ſalviæ*, cinere trium ranarum viridium, & thure repletum, lentè aſſabat, denique in pulverem ſubtiliſſimum redactum cum aqua tormentillæ ſummo cum ſucceſſu ſibi propinabat. An hoc arcanum ex *Foreſt. L. XXVIII. obſ. 10.* (qui id Doctori ſuo Bononienſi *Elidei* debebat,) hauſerit, ſeu aliunde acceperit, neſcio. Probatiſſimum remedium eſt, & multoties feliciter expertum. Commendat idem *Cl. Schröderus in Pharmacop. Medico-Chymica Lib. V. Claſſ. III. cap. 69. p. m. 324.* Sed pulvis *oſſium humanorum* ex vino rubro ſumtus idem præſtat, teſtante *Foreſto, l. c.*

## Caput V.
## DE USU SALVIÆ IN FLUORE ALBO ET CHLOROSI.

§. I.

PUlvis ex *ſalv.* ſarſaparill. & balauſt. *pulv.* ſumtus manè ſingulis diebus cum juſculo,

juſculo, eſt remedium aulicarum mulierum in *fluore albo*. *River. prax. L IX. c. 4. p.m. 293.* Et ſi *ſalvia* opem ſpondeat in *ſuppreſſione menſium*, utique auxilia ſua non denegabit virginibus *chloroſi* decumbentibus. Ecce obſerv. noſtram! *Clara Margretha Côſterin*, XV. tunç annorum, ultra biennium deplorata *chloroſi* miſerrimè divexata, omnibus, etiam à Celebrioribus Viris, fruſtra tentatis, meæ tandem fidei & induſtriæ committitur. Præmiſſis præmittendis, digeſtisque ac præparatis humoribus, iisque per ἐπίκρασιν, & citrà moleſtiam, expulſis, menſes provocati balneo: *obſ. pract.*

*balneum.* ℞. Rad. alth. lil. alb. bryon. an. ℥j. ariſt. rot. ℥ß. H. artemiſ. ſabin. *ſalv.* mercurial. origan. puleg. matricar. an. Mß. fl. cheiri cham. an. Mj. bacc. laur. junip. an. ʒvi. ſem. lin. fœn. gr. an. ℥ß. D. pro balneo:

In quo umbilicotenus inſedit, tribus diebus manè, ante conſuetum menſium fluxum, jejunô ſtomachô per horulam. Poſtea inunxit ventrem.

*unguent.* ℞. ol. chamom. lil. alb. amygd. d. an. ℥iij. pulv. ſabin. ariſt. rot. an. ℈iiß. ſtyr. calam. ʒj. *ol. ſalv.* gutt. XV. cer. q. s. f. unguent.

Quo factô devorabat ferment. vet.

acer-

acerrim., cui aliquid pulv. myrrh. & fol. dictamni alb. c. ſacch. admiſtum erat, ad quantitat. nucis avellanæ, felici cum ſucceſſu. Menſes enim, licet, ob corpus maximè exhauſtum, & penuriam ſanguinis, cum ſtillicidio rediêre. Quos demum, ſervatâ diætâ, auctôque cruore, largiùs provocavimus, ut ipſa adhuc ſuperſit, & bellè valeat.

§. 2. Alia *vino* & *electuario* ſequente bellè nuper reſtituta, uſurpatis adhuc uſurpandis. *alia obſ.*

℞. fol. majoran. *ſalv.* meliſſ. card. ben.
 betonici an. Mß.
 Rad. fœnic. helen. cich. angelic. an.
 ʒij. fl. anth. p. i.
 Summit. cent. min. p. ij. bacc. junip.
 ℥j. cinam. acut. cort. citr. N. moſch.
 an. ʒij. ſem. aniſ. fœnic. an. ʒiß. M.
℞. *Conſ.* beton. *fl. ſalv.* meliſſ. an. ℥ß.
 Rad. helen. & cort. citr. cond. an.
 ʒij. ſal. abſinth. ʒß. ſp. ſal. armon. ℈j.
 f. c. ſ. q. ſyr. menth. elect.

§. 3. Binæ aliæ nobiliſſimæ Virgines commendârunt hoc à me acceptum *elect.* *alia.*

℞. *Conſ.* meliſſ. fl. tunic. *ſalv.* an. ℥j.
 cond. rad. pimpinell. cort. aurant. an.
 ʒiij. myrob. chebul. cond. ℥ß. ſp.
 diambr. arom. roſ. an. ʒß. ſuccin.

X præp.

Digitized by Google

præp. ℈j. ſal. meliſſ. chamomill. an. ℈ß. ol. cinam. caryoph. an. gutt. ij. f. c. ſ. q. ſyr. meliſſ. elect.

Quantum præſidii tulerit *ſalvia* in inveterato *fluore albo* Nobiliſſimæ matronæ, à marito ejus ; Amico & fautore meo ſingulari, prolixiùs audivi, adeò, ut etjam, ob inſignem effectum, *ſalviam* illa nominare ſoleat *morti-voram*.

## CAPUT VI.

## DE USU SALVIÆ IN SUFFOCATIONE HYSTERICA.

§. 1.

*ſyrup.* Ad digerendos humores valet *ſyrupus Foreſti* in prolapſu uteri cuidam præſcriptus *L. XXVIII. obſ. 36.*

℞. Syrup. è ſtæchad. matricar. oxym. ſimpl. an. ℥iß. *decoct. ſalv.* majoran. chamæp. artemiſ. calaminth. mentapr. an. ℥vj. f. ſyrup. pro ij. doſibus.

*vinum medicatum.* §. 2. *Vinum* medicatum *Grülingii* hoc *L. IV. Prax. P. IV. c. 7.*

℞. Rad. bryon. ʒvi. vincetox. valerian. diptamn. alb. an. ʒiiß. aſari ʒj. cort. arant. ℥j. H. chamædr. chamæpit. *ſalv.* meliſſ. an. ℈iv. ſem. fœnic. ʒß. bacc. laur. ʒj. junip. ʒij. fol. ſenn. ſ. ſt. ʒx. agaric. ʒj. D. pro vino.

§. 3.

Digitized by Google

§. 3. Aqua antihyſterica *Dorncreil. in diſpenſ. c. XI. p. m. 47. ſeq.* videatur ibi. doſ. ℥j. in paroxoyſmo: præſervationis ergo ℥ß. cum ℥ß. ▽ meliſſ. Aliam D. *Jacobi Martini*, Phyſici Lubecenſ., habet ibidem. Bona etiam apud eundem aqua Dominarum *Schoneri*, Prof. Gryphisvvald., hujus deſcriptionis. *aqua.* *Schoneri.*

℞. H. menth. criſp. ſ. ſ. meliſſ. an. Mij. *ſalv. min.* majoran. an. Mj. cinam. opt. N. moſch. macis Zingib. gran. paradiſ. cubeb. cardam. an. ℥ij. caryoph. ℥ iß. pip. long. dipt. alb. an. ℨvi. galang. caſſ. lign. an. ℥ß. Conciſ. & cont. aff. vin. gallic., hiſpan. & malvat. an. Menſ. ij. ſtent in loco frigido per IX. dies, poſtea in MB. ℞la & S. ad uſum.

Adde aliam *D. Jacobi Fabrici in diſpenſat. Hafnienſ. Claſſ. XIV. p. 161.* plures dabit *Mynſicht. in armam. Med. Chym. Sect. XIX. p. m. 318. & Frider. Hofmann. Sect. I. theſ. pharmacevt. p. 27. ſeq.* ac *Rolfinc. L. IX. Med. Comm. S. VI. c. 1.* *aliorum.*

§. 4. *Elixir uterinum* ſuprà *c. 3.* tranſcripſimus. Conf. *Birling. append. ad C. 1. Adverſ. curioſ. c. XIII. pag. 71.* Aureæ tandem pilulæ *hyſtericæ Zvvölf. in append. ad Pharmacop. Reg. p. m. 125.* *Elixir.*

*Pilula.* ℞. Rad. Valerian. Imperat. an.℥j. H. recent. artemiſ. meliſſ. menth. criſp. matricar. roriſm. *ſalv.* cort. rec. arant. extim. an. ℥iß. opii per exhalationem ſpiritus narcotici parati, ʒvj. caſtor. opt. recent. ſiccat. ℥j. croc. auſtriac. ℥ß. inciſ. & cont. craſſiuſculè, ac cucurbit. vitr. immiſſa, extrah. c. ſ. q. ſpiritus vin., repetitis vicibus affuſ., quousque non amplius tingatur, ſp. tincti omnes in M.B. ad extract. conſiſt. abſtrahantur. Extracto reſiduo ſpiſſo adde pulv. caſtor. ʒiij. Rad. Valerian. cort. arant. extim. & recent. ſiccat. an. ʒiiiß. myrrh. rubr. ℥ß. dilut. ad pultis form. in ſuperiori ſpiritus vin. abſtracto ab extractis, pulv. ungul. equæ ℥ß. ol. ſtill. ſuccin. ſalv. roriſmar. menth. criſp. cort. arant. ex recent. corticib. an. ʒß. coriandri ℈ß. M. f. Mp. à. ℈ß. ad ℈j. in affectibus uternis propinanda.

*alia.* ſ. ſ. Mihi in uſu ſunt ſeqq., queîs tutò fidere poſſum.

| | |
|---|---|
| ℞. Magiſt. corall. rub. matr. perlar. ſuccin. alb. an. gr. vj. | ♁. diaph. gr. iij. vitriol. ♂tis ad albed. calcinat. gr. iiij. lap. bez. oriët. gr. vij. extr. caſt. opt. gr. v. |

f. c.

ſ. c. pauxillo ther. Androm. (ſeu cœleſt. Hanovienſ.) maſſula, cui admiſce Sal ♃is Anglici gr. iv. Sal. volat. CC. & *ſalv.* an. gr. iij.

f. c. aq. meliſſ. pil. parv. D. ☉ obduct. duæ, vel tres in aq. hyſteric. Horſtii.

## Caput VII.
## DE USU SALVIÆ IN EPILEPSIA UTERINA.

§. I.

HOc *decoctô* per integrum annum quandam præſervavit *Foreſt. L. XXVIII. obſ. 34.* *decoct.*

R. majoran. artemiſ. puleg. *ſalv.* meliſſ. an. Mj. beton. fl. ſtæch. p. i. fol. ſenn. ℥ß. agaric. femin. ʒß. ſem. aniſ. ʒij. Rhab. el. ℥j. ſchænant. Zingib. an. ℈ß. uvar. paſſ. ab arillis repurgat. ℥iß. glycyrrhiz. raſ. ʒiij. coq. in aq. ſ. pro ℥vij. fortiſſ. expr. add. ſyr. de artemiſ. è ſtæch. an. ℥j. M. pro 2. doſib. matutin.

§. 2. Hûc pertinet *aqua antihyſterica D. Martini*, cujus cap. præced. memineram, eſtque talis: *aqua.*

R. Cinam. opt. ℥j. caryoph. Zingib. N. moſch. an. ℥vi. cort. citr. aurant. an. ℥ß. ſpic. ind. ℈iv. H. ſcariol. pu-

leg. ſcord. meliſſ. menth. abrot. femin. matricar. an. ℥ij. *ſalv.* ℥viij. majoran. ℥ß. ſumm. roriſmar. ℥iv. caſtor. ver. ℈xvj. vin. aduſt. ℔vi. pond. civil. vin. rhenan. ℔xvj. diger. per 3. dies, poſt-ea ℞l. in M.B.

Confer *Sennert. L. IV. Prax. P. II. Sect. 3. c. 7. p. 269.*

*Syrup.* §. 3. *Syrup. ejusdem l. c. p. 268.* hic:

R. rad. pœon. ſcorzon. bryon. viſc. q. an. ℥ß. pol. q. ℥j. f. rut. puleg. calamint. an. Mj. ſem. pœon. ſeſel. agni caſt. an. ʒiij. cartham. cont. ℥ß. fl. anth. *ſalv.* ſtæch. borrag. an p. ij. coq. in aq. ſ. pro ℔iß. in colat. & ſucc. beton. millefol. mercurial. artemiſ. q. ſ. inf. Fol. ſennert. el. ℥v. agar. troch. epithym. an. ℥ß. Rhab. el. caryophyll. an. ʒij. ſem. aniſ. fœn. an. ʒiij. mane ebulliant & col. Colat. admiſce ſacch. q. ſ. f. ſ. a. ſyprup. v cinamom. ℥ß. aromatiſandus. doſ. ℥ij. ſingulis menſibus bis.

*alius:* Alium dabit *Ranchin. de morb. Virgin. Sect. III. c. 2. p. m. 438.*

*bolus.* §. 4. *Bolus* Ejusd. *l. c.* hic:

R. ther. vet. conſ. fl. anth., vel *ſalv.* an. ʒj. f. bolus, ſuperbibendo parum aq. artemiſ., ſeu card. bened.

*elect.* *Electuarium ejusd. l. a. p. 441.*

R. Conſ.

Digitized by Google

R. Conſ. fl. anth. *ſalv.* beton. ſtæch. an. ℥ß. ther. vet. mithrid. an. ʒij. cum conſ. myrobal., ſeu de pomis f. opiata.

Relege, ſi placet, obſerv. noſtram *Sect. II. Membr. I. c. 14.* ſubtextam.

§. 5. Nec opem ſuam denegabit *aqua meliſſa compoſita Viennenſis Magiri*, quam *Dn. Joh. Chriſtoph. Belling*, urbis noſtræ pharmacopœus peritiſſimus, in Auſtria collectam, nuper mecum communicavit: *aq. meliſſ. comp. Viennenſ.*

| | |
|---|---|
| R. fol. rec. meliſſ. ℔ij. | caſtor. opt. |
| rut. hort. | bacc. laur. |
| *ſalv. nobil.* an. ℥iij. | Nuc. moſch. an. ʒß. |
| anthoſ. ℥j. | |

Cinam. opt. Caryophyllor. an. ʒij.
macis, cort. citr. ſpic. indic. an. ʒj.

Inciſ. & contuſ. ſuperf. ſ. q. Vini, & ſic macera in ☉le per XVI. dies, poſtea diſtilla per MB.

## CAPUT IIX.
## DE USU SALVIÆ IN STERILITATE.

§. 1.

SUprà diximus c. 4. *ſalviam* fœcundare, ideoque dictam eſſe *ſacram*. Conf. *ſis Cl. Jonſtonii Thaumatogr.*



Digitized by Google

*nat. Cl. V. c. 37. p. 216.* & *River. L. IX. Prax. c. 15. p. m. 340.* Non temnendum igitur *Grülingii elect. L. IV. Prax. P. IV. c. 5. p. m. 436.* uterum confortans :

*elect.* ℞. Rad. teſtic. maj. canis, dent. apri, teſticulor. Vulp. apri, matricis ſuillæ fæcundæ, coaguli lepor. an. ʒj. macerent. in lacte mulier. His adde ſem. ſiler., hormini, eryſimi, erucæ, *ſalv.* paſtin. ſylv. an. ℈ij. bacc. junip. Xyloal., galliæ, moſch., cyper., caryophyll. an. ʒß. liquoris nuc. moſchat. ℥j. (hæc adjuvantia, quæ medicamenta facilè perducunt ad uterum:) Conſ. è fl. citri ℥iiij. cum ſyr. de cort. citr. f. elect. doſ. ʒj. ad ℥ß. Conf. *Fiſcher. L. III. corp. Med. p. 626.*

DD. *Sommer*, Archiat. Arnſtadienſ., Collega & Amicus Curioſus, novit pulv. & eſſent. ex utero lepor. & cervæ *ſpiritû ſalv.* extract. contrà ſterilitatem optimè profuiſſe, ut nuper mihi ſcripſit.

§. 2. Trochiſc. *Jul. Caeſ. Claudini*, Med. & Philoſ. Bononienſis, pluries ab ipſo experti erant hi.

*Trochiſci.* ℞. Seſelios ℥j. raſ. ebor. ℥ij. ſacch. fin. ʒxx. M. c. *ſucco ſalv.* f. trochiſci, quorum ℈ij. capiantur in aurora per menſ., ſtatimque per modum apozematis bibant; ℥iiij ▽. ſalv. Vid. *D. Fi-*

*D. Fiſch.*, Archiatr. Anhalt. *loc. cit. p. 629.*

§. 3. *Balneum Sennerti* hoc, menſtruâ purgatione finitâ, quinque diebus continuandum *L. IV. Prax. P. II. Sect. 4. c. 2. p. m. 296.* *balneum.*

℞. Rad. bryon. Imperator. Valerian. ireos. fol. beton. mercurial. puleg. artemiſ. majoran. *laur.* ſalv. matricar. ſummit. junip. bacc. junip. an. q. ſ. f. balneum.

§. 4. Honeſta femina, cujus nomini parcimus, trium liberorum genitrix, jam ab octennio à puerperio ceſſans, variis conflictabatur morbis. Meum tandem expetenti conſilium, cunctis, ut par eſt, ſobriè expenſis, dixi: ſi gravida adhuc fieret, cuncta eventura felicius. Placuit conſilium, ſed ἀδύνατον cenſuit, annum tunc XLIII. agens. Omnis ſterilitatis cauſa humida & frigida uteri intemperies. Ideoque præmiſſis in nomine Domini, digerentibus, & per ἐπίκρασιν evacuantibus, emendatâ intemperie, obſervatâque diætâ, juxta leges Artis præſcriptâ, maximè profuêre ſeqq. *obſ. pract.*

℞. Rad. eryng. condit. Zingib. in chin. condit. an. ℥j. cort. citr. & aurant. condit. an. ℥ß. Conſ. fl. anth. *ſalv.* an. *elect.*

X 5

an. ℥vj. pulv. ſem. urtic. Rom. fœnic. paſtinac. ſylv. an. ʒij. priap. cerv. ʒj. matr. lepor. ʒij. ſp. diambr. compl. ʒj. c. ſ. q. ſyr. de cort. citr. & ▽ cinam. f. elect. doſ. quantitas nuc. jugland., ſuperbib. parum vini generoſ. man. ac veſperi.

*balneum.* ℞. H. artemiſ. rub. c. tot. meliſſ. *ſalv.* ſabin. an. Miv. origan. pariet. beton. f. laur. an. Mij. *fl. ſalv.* melilot. cham. an. Miß. ſummit. abſinth. cent. min. an. Miß. rad. angelic. bryon. aſparag. an. ℥iij. ſem. carv. aniſ. an. ℥ß. lini, ℥iß. bacc. laur. junip. an. ℥j. coq. in aq. pro balneo ſæpius repetendo.

Facti etiam ſunt ſacculi ex iisdem ſpeciebus. His ritè adhibitis, ſequente anno venuſtum peperit filiolum, adhuc integrè valens.

## Caput IX.
## DE USU SALVIÆ IN FALSA INGRAVIDATIONE.

§. I.

*obſ. pract.* NObiliſſima matrona *falsâ ingravidatione* laborabat tàm exquiſitâ, ut oculatiſſimus quisque eam gravidam pronunciâſſet, decimô verò menſe ſe vidit deceptam, manente nihilominus obſcuro quodam motû in utero, venterq; in-

Digitized by Google

interdum elevabatur, mox deprimebatur. Orta ſuſpicio de inflatione uteri, exhibitus ei per quinque dies *Syrup. de artemiſ. Fernel.* Sextô autem purgata eſt Crem. tartar. cum diagrid. acuatô. Repetitus iterum ſyrupus cum pulvere per totidem dies. Tunc ad uterum ipſum remedia directa, & primùm quidem peſſaria.

℞. Spec. hier. picr. bened. laxat. an. ℥j. pulp. colocynth. agar. troch. an. ʒß. ſpic. nard. ſem. nigell. rom. *ſalv.* fol. ſabin. an. ʒj. incorporent. c. melle anthoſat. & f. peſſaria incluſa panno ſerico n. X. *peſſar.*

Unô hor. XI. veſpertinâ applicato, & poſt vij. hor. remotô, crocea quædam colluvies induſium hinc inde tinxit. Ideoque in hoc deducta eſt *balneum:* *balneum.*

℞. Rad. helen. pimpinell. Leviſtic. an. ℥iiij. f. artemiſ. meliſſ. origan. an. M iv. beton. majoran. menth. *ſalv.* an. M ij. bacc. junip. laur. an. ℥i. coq. pro ſemicupio.

In quo omni veſpere ſedit umbilicotenus per horam. In exitu lectum repetiit injectis ℥iij. hujus clyſteris in uterum: *clyſt. uterin.*

℞. fol. abſinth. *ſalv.* artemiſ. branc. urſin. rut. an. M iß. ſp. hier. picr. agar.

gar. albiſſ. troch. de myrrha an. ℥ß. Zingib. myrrh. el. an. ℈i. coq. in vin. alb. & aqu. font. à ℔iß. ad ℔ ij. in colat. diſſolv. elect. diacathol. ℥ij. f. clyſt.

Quô etiam interdum utebatur manè. Quoties autem clyſma rejectum, aut peſſarium remotum, ſimul *grandis veſica* exploſa eſt, flatusque cum *murmure* & *ſibilo* erumpentes. Propter ſupinum decubitum, ob clyſteris uſum, ſenſit cephalalgiam, quæ ſequenti *oxyrrhodino* feliciter ſedata.

*oxyrhodin.*

℞. aq. ſpermat. ran. ℥iv. roſ. ℥ij. ol. chamom. acet. roſ. an. ℥ß. camph. gr. ij. (quæ teratur c. ☍ cham.) M. applica collo & fronti.

☞ §. 2. Interea cùm pertæſa eſſet remediorum, pauſam fecimus ad dies aliquot, Naturâ interim vires animosè recolligente. Tum cremore tartar. & diagrid. iterum purgata, ſequenti die ad priora rediit remedia, *clyſtere uterino* manè ſaltem injectô, menſibus inſtantibus etiam per VII. dies quievit. Semper *veſica*, aut materia purulenta rejecta. Semicupium ſupradictum in inſeſſum mutatum, retentis iisdem ſpeciebus. Sudavit egregiè, quô abſterſô repetiit lectum, huncque *ſaeculum* per hor. calid. retinuit.

R. Sum-

℞. Summit. artemiſ. menth. an. Miij. melıſſ. origan. ſaturei. an. Mj. *fl. ſalv.* p. ij. ſem. carv. fænic. an. ℥ß. bacc. laur. junip. an. ʒiij. f. ſaccul. in vino calefaciendus. *ſaccul.*

Interdum mane hujus vini ſumſit ℥iiij. *vinum.*

℞. H. abſinth. vulg. Mj. fol. card. bened. hyſſop. *ſalv.* an. Mß. fol. ſenn. elect. ℥j. ſoldanell. ℥ß. rhab. opt. agar. alb. cinam. Zingib. an. ʒj. f. ſaccul. in ſ. q. vin. rhen. ſuſpendendus.

*Veſicæ* interim cum materia limoſa non amplius apparuêre. Poſt menſtruam purgationem hoc *clyſt.* uteri corroboratio tentata eſt. *clyſt. uterin.*

℞. Rad. ariſtol. ☉. ℥ß. lign. aloës ℥iij. nuc. cupreſſ. Rad. cyperi an. ʒij. calam. arom. ʒj. fol. dictamn. cret. ſaturei. myrt. an. Mj. *ſalv.* p. i. myrrh. el. ſtyr. calam. bezoin. an. ʒiiß. fl. anth. majoran. ſtæch. an. p. i. coq. in ſ. q. vin. alb. generoſ. in Col. ℔iß. diſſolv. troch. de alipt. moſch. ʒij. ambr. gryſ. moſch. an. gr. vij. Zibet. gr. v. f. injectio in uterum ſingulis vicibus ℥iij.

Poſt hujus uſum ſuffumigebatur, hoc *ſuffitu.* *ſuffitus.*

℞. Myrrh. opt. thur. maſcul. lign. aloës, ſtyr. calam. cinam. caryoph. an. ʒß. f. ſuffumigium. De-

Deinde regionem uteri tàm in antica, quàm poſtica parte inunxit.

*liniment.* ℞. Ol. cheirin. ℥ß. ſtillat. majoran. ℈j. caryoph. *ſalv.* an. gutt. V. N. moſch. expr. ʒj. ſtyr. liquid. ʒij. moſch. Zibet. an. gr. vi. c. cer. f. liniment.

*emplaſtr.* Superimpoſitum hoc *emplaſtrum.*

℞. emplaſtr. matrical. ℥j. ſtyr. liquid. gummi caran. an. ʒij. gall. moſch. ʒß. *ol. ſtill. ſalv.* caryoph. an. gutt. vj. N. moſch. expr. ʒj. c. ol. cheir. f. empl. duo; alterum rotundum, alterum quadratum; illud pectini, hoc coxæ admovendum.

*elect.* §. 3. Dum hæc fiebant, quotidie aſſumebat caſtan. magnitud. de elect. diaſatyrico:

℞. Rad. cond. eryng. ſatyrion. an. ℥j. Zingib. in china cond. ℥ß. *Conſ. fl. ſalv.* ʒvj. nucl. pin. avellan. piſtac. an. ℥ß. N. moſch. ſacch. cond. n. 1. ſem. eruc., ammeos, paſtin. ſylv. an. ʒij. matr. lepor. præp. raſ. ebor. an. ʒj. Conf. alch. ʒiij. ſp. diambr. diam. dulc. an. ʒj. ambr. gryſ. ʒß. c. ſyr. de condit. cort. citr. q. ſ. f. opiat.

Hauſit inſuper duo cochlearia ſequ.

*aqua.* *aqua* contra ſterilitatem:

℞. Caryophyll. cinam. cubeb. an. ℥j. galang. macis N. moſch. pip. long. an.

ʒx.

℥x. *fl. ſalv.* Miß. ſem. ammeos, ſeſel. zedoar. an. ℥ß. gran. junip. ʒi. vin. rhen. aq. meliſſ. an. q. ſ. ſtent. in digeſtion. VI. ☍ & ♌lent.

Ceterùm cùm Ventriculus viſcidâ quadam materiâ ſcatere videretur, *Vomitorio* ex Sal. Vitriol. alb. feliciter fuit eliminata, inſequente blandâ purgatione *κάτω*. Confortatus poſteà ſtomachus Sal. abſinth., pulv. ſtom. Mynſ. & elect. de bacc. junip. Sic dimiſſa & viro iterum conjuncta eſt, multos poſtea annos ex voto ſana, ſed ſterilis, permanſit. Vide ſis etiam inſigne *decoctum* in *mola* bene notandum & uſurpandum Elegantiſſimi *Timæi L. III. epiſt. 40.* Et licet hujus hiſtoriæ *in Faſcic. I. Obſ. mear. Med. Phyſic.* etiam meminerim, precibus tamen *Matronæ*, quâ de ſermo, iterum victus, & huic tractatui innectere volui, quod ut dextrè interpreteris, ſummoperè rogo.

*decoct. in mola.*

)o(

*MEM-*

## MEMBRUM VIII.

## DE AFFECTIBUS CIRCA ET POST PARTUM.

### Caput I.

### DE USU SALVIÆ IN ABORTU PRÆCAVENDO.

§. 1.

Cum ſalvia *evidenter* calefaciat, & *leniter* adſtringat, non malè ægris mulierculis conſulimus, quæ ex *laxo utero* abortum timent, ut *ſalviâ* utantur. Vide *Cl. D. Paulli Bot. quadrip. Claſſ. III. p. m.* 467. & *Grüling. C. VI. Obſ.* 40.

*obſ. pract.* §. 2. Hoc bono cum ſucceſſu experta eſt nobilis quædam, *ter* antea, ut retulit, hoc infortunium perpeſſa; Quæ, meô conſiliô, circa *octavam* impraægnationis ſeptimanam, ſalvatellam demum tundi juſſit, inque cibo potuque *ſalviâ* frequentius uſa eſt. Unde partus ei fauſtus vivaxque. Valeat igitur *Donatus Anton. ab Altomari in ſing. de h. m. tract.* contrarium aſſerens, quem ſolidè refutavit *Cl. Hofmann. L. I. M. M. c. XII.*

*lapſus Altomari.*

Digitized by Google

*XII.p.222.* Conf., ſi placet, *Höchſtett. Dec.VIII, caſ. 7. D.D. Ammann. Med. Crit. edit. ſecund., diſcurſ. ſuper caſ. XXVIII. p. m. 211. ſeq. Dn. van der Wiel C. I. Obſ. 65. cum Schol.* Lubricus ergò & minùs abſolutè verus aphoriſmus *Coi Sect. V. n. 30.* ſed potius *rationi, obſervationi, limitatæ auctoritati, autori* & *curationi* omninò contrarius, ut latius probavit *G. Frid. Laurent.*, Med. Lubecenſ., *Exercit. V. in aphor. Hippocr. p. m. 47. ſeq.* Nec θανάσιμον ſemper, ſi gravida *morbô acutô* correpta fuerit. Vid. *Laurent. l. a. p. 111. ſeqq.*

§. 3. Equidem Dn. *Andr. Rudeloffii*, *obſ. alia.* tunc in Aula Guelferbytana Concionatoris ordinar., nunc Abbatis Amelsbornenſis, conjux honeſtiſſima, *febre acutâ* decendium fortè ante partum correpta, & quidem ipſis *diebus canicularibus*, non tantùm, *quartô* ante partum die, purgata eſt ſequente hauſtulo decies, citra omnem moleſtiam.

℞. Mann. calabr. ℥j. diſſolv. in ſ. q. aq. cichor. Col. admiſce ſyr. roſ. ſolut. ℥j. cich. c. rhab. ℥ß. Mag. jalapp. gr. iij. M.

Sed etiam *priori*, antequam peperiſſet, die *vena* fauſtè ei ſecta. Alterô veſpere circa decimam, ſine obſtetrice, ſine mu-

Y lier-

Digitized by Google

liercularum operâ, ſolâ, Dei juvante gratiâ, peperit ſanam lepidamque filiolam, adhuc cum matre ſuperſtitem. Hem! clamat fortè plebs noſtra, ipſis *diebus canicularibus?* Ita: & quidnî? Ego enim nunquam ſubſcripſi delirio vulgi, rentis: *ante canem*, & *ſub cane* non eſſe purgandum, nec VS. tentandam &c. Vide tu *Primeroſ. L. IV. de error. vulg. c. IX. p. m. 138. ſeq. F. Hofmann. L. I. M. M. c. 7. p. 62. Holler. ad IV. aph. 5. Heurn. ad h. l. Horat. Augen. L. III. de miſſion. ſangu. cap. 20.* inprimis verò *doctiſſ. Laurent. exercit. 17. in hunc aphoriſmum.*

## Caput II.
## DE USU SALVIÆ IN PARTU DIFFICILI.

§. I.

*obſ. pract.* CL. V. Dn. *Theodorici* Grafens/ U. J. C. & Practici, Amici ſinceri, conjux, partui nunc vicina, *lochia* copioſius emiſit. Vocatus dedi pulverem, à quo fluxus imminutus. Puella autem adhuc in ergaſtulo ſuo hærens, exertâ manu flebilem ſpectantibus fecit tragædiem. Mater, ad *quatriduum* ferè, me tamen inſciô, in hac miſeria conſtituta, denuò meam implorat opem. Quæro: num

num certa ſigna *fœtus* adhuc *viventis* adeſſent? ajunt: ſuſpicor deteriora. Interim coquo fol. ſabin. & *ſalv.* cum fl. malv. arb. & ſem. lini in tenui cereviſia, noctûque circa decimam puerperæ propino. Evomuit, citra omnem moleſtiam, materiam phlegmatico-ſeroſam, cum augmento dolorum partûs. Tunc ipſa: ô mi, aut juva, aut occide. Do pulv. ex ariſtol. rot. ſabin. troch. de myrrh. caſt. an. ℈ß. cinam. gr. vj. croc. or. gr. iiij. & *ſal. ſalv.* gr. iij. confectum. Et ecce! intra ſemihorulam effudit pondus ſuum, puellam omnibus membris quidem perfectam, ſed jamdudum mortuam. Dextrum enim latus cum brachio putridum erat. Ipſa adhuc valet plurium liberorum mater.

§. 2. *Joh. Burkard. Schofii*, Præfecti Diæceſ. Corb., conjux, XXVI. annorum, & tunc *quartâ* vice puerpera, ultrà *triduum* in partu laborans, obtinuit à me fotum: *alia.*

℞. H. Sabin. Mj. fl. malv. hort. Mij. *fol. ſalv. acut.* p. ij. fl. cham. vulg. Mj. ſem. lin. ℥j. coq. in aq. ſaccul. incluſ. Expr. & fove eô uterum.

Mox ſenſit notabiles dolores, dedi porrò in *aq. ſalv.* & menth. criſp. bortac. venet. ℈j. croc. or. ſuccin. alb. præp.



Digitized by Google

an. ℈ß. corall. rubr. margarit. præp. an. gr. vij. Et eâpſe horâ peperit venuſtam filiolam, quæ tamen mox deceſſit.

*alia.* §. 3. Eundem pulverem dedi nuper *Marthæ* Strantzin in urbe noſtra; quô ſumtô intra *trihorium* enixa eſt infantem, at mortuum Viribus poſtea tota exhauſta, ſacrôque viaticô à ZERBSTIO noſtro munita, nil magis, quàm diſſolvi, cupiebat: ego tamen, applicatô hoc clyſtere, *verè agonizantem*, Dei miſericordiâ, in integrum reſtitui.

*clysma.* ℞. Rad. pol. q. alth. helen. an. ℥vj. fol. malv. mercurial. beton. *ſalv.* an. Mß. fl. cent. min. chamom. an. p. ij. ſem. aniſ. carv. an. ʒiß. inciſ. & cont. coq. in aq. ſ. R. Col. ℔j. in qua diſſolv. elect. diacathol. ben. laxat. an ℥ß. Mell. roſ. ℥vi. ol. cham. ℥j. f. ſ. a. clyſt.

## Caput III.

## DE USU SALVIÆ IN FOETUS DEBILITATE ET SECUNDINA RETENTA.

§. 1.

*Balſ. embryon.* FAmoſiſſimus *balſam. embryon.* apud *Sennert. L. IV. Prax. P. II. Sect. V. c. 7. p. 370.* ſeq. & in *Pharmacop. Auguſt. Claſſ.*

Digitized by Google

*Claſſ. XV. p. m. 500. ſeq.* modo juxta animadverſiones *Zvvölferianus* dextrè conficiatur. Longè tamen efficacior, præſtantior & *ſalviâ* noſtrâ auctior, ejusd. nova balſ. hujus ſtructura, in *append. ad animadverſ. p. m. 47. ſeq.* roborando fœtui materno ergaſtulo adhuc incluſo, refocillandæque matri non tantùm, verùm etiam unicuique ægrotorum languori & debilitati utriusque ſexûs, ſi non tantopere exæſtuent, ſuccurrendo idoneus & accommodatus, quem, ſis, vide ibidem. Nolo enim, ob prolixitatem, tranſcribere.

§. 2. In *ſecundina retenta Sennert. L. IV. Prax. P. II. Sect. 7. c. 2. p. m. 452.* injici jubet clyſt. ex artemiſ., *ſalv.*, mercurial., puleg., calaminth. confectum. In conjuge tamen Schofiana (qua de *cap. præced. §. 2.*) nil opis nobis tulit *ſalvia.* Hinc manû alius animoſæ & peritæ mulieris, me conſentiente, ſecundinæ feliciter extractæ, citra omnem puerperæ moleſtiam. Nec eſt, quòd panicum formidârim terrorem, meliora & certiora jamdudum ab Excellentiſſimo *Bartholino*, Doct. quondam meo, *C. V. obſ. anat. 39.* edoctus. Conf., ſi placet *Obſervat. noſtr. Medico-Phyſic. Norinb. nuper. edit.* & *Ephemer. noſtr. Curioſ.* *clyſt. uterin.*



Digitized by Google

*Dec. II. anni V. annex. num. XXX.*

*obſ. pract.* §. 3. Novi honeſtam feminam, tunc *tertiâ* vice gravidam, quæ *debilem* fætum diu ſenſerat, neſcio tamen, cujus matronæ operâ, etiam præter expectationem ſuam, *facilem* habuit *partum*, ſed *ſecundinâ* retentâ, quam anicula quædam ſolô *muſtelæ ventriculo*, in aq. rorismar. & *ſalv.* dato, feliciter expulit.

*alia.* §. 4. Alia in ſimili caſu *ſternutatoriô* uſa eſt ex fol. majoran., *ſalv.*, piper. & cinamomo. Alia, in extremis conſtituta, ſolô ſtercore equinô, in decoct. *ſalv.*, puleg. & ſabin. expreſſ., & percolati ſervata eſt feliciter. Paupercula aliqua hauſit *urinam* mariti ſui, in qua

*alia.* *ſalv.* & chamomilla macerata. Vetula cuidam in juſculo, ex chærefolio & *ſalvia* parato, nuper dedit *pilos circa pubem* evulſos & combuſtos, & res fauſtè ſucceſſit. Idem ferè habet *Cl. Riverius in Obſ.* à *D. Marſino*, Medico Apamienſi, communicat. *n. 5. p. m. 321.* Alia

*alia.* pulvinari ſupponebat *ſalv.* cum ruta, rens, faciliorem inde fieri partum, ſecundinarumque expulſionem. Quæ omnia, modò ab experientia comprobata, minimè temnenda ſunt.

CAPUT

Digitized by Google

## Caput IV.

# DE USU SALVIÆ IN TORMINIBUS POST PARTUM, ET HÆMORRHAGIA UTERINA.

§. 1.

OLeum *Riverianum* L. *IX. Prax. c. XXIII. p. m. 363.* magnæ efficaciæ. Scilicet *oleum.*

℞. Rad. ariſtol. rot. irid. pœon. an. ℥j. cyperi ℥ß. fol. ſicc. artemiſ. matricar. origan. calaminth. puleg. dict. cret. abſinth. ſabin. rut. beton. *ſalv.* an. Mj. fl. anth. ſtæch. lavend. cham. aneth. hyper. ſamb. an. Mß. gran. laur. junip. an. ℥ß. cumin. ſem. & rut. ac pœon. nec non dauci & agni caſti an. ʒiij. caryoph. N. moſch. cinamom. Zingib. an. ʒij. ſtyr. & myrrh. an. ℥j. Conciſ. & contuſ. macer. in olei vet. ℔vi. add. vin. alb. parum.

Pone in vaſe fictil. bene clauſ. per hebdomad. f. ebullitio ſuprà ciner. calid., ſpatio IV. aut V. horar. poſtea expr. ☍ & S. ad uſum.

§. 2. Ego crebriùs fauſtè uſus ſum flor. chamomill. noſtr. *ſalv. acut.* & fol. rorismar. in ſaccul. c. vin. calid. humect. & ventri impoſiti, quem externè juſſi *obſ. pract.*

inungi ol. *ſalv.* & chamomillæ. Quantum enim *Chamomilla* valeat, *Foreſt.* ſimplici ejus decoctô *L.XXVIII.obſ.81.* probavit. Et nuper hujusmodi tormina *pelle agninâ* recens detractâ, & ventri (oleo *ſalv.* chamom. priùs inuncto) impoſita brevî curavimus juxta manuductionem *Cl. Grube de transplant. morbor. p. m. 38.*

*balneum.* §. 3. In *hæmorrhagia uterina* laudabile *balneum Mynſicht Section. XXVIII. armam. Medci. Chym. p. m. 413. ſeq.*

℞. alum. crud. ℔ij. Rad. plantagin. tormentill. acor. aquat. biſtort. an. ℥iv. coct. rad. acaciæ, granat. gallar. turcic. an. ℥iiij. fl. roſ. rub. balauſt. an. ℥ij. H. ſanguiſorb. burſ. paſt. *ſalv. min.* millefol. an. ℥j. coq. beneficiô ferri, ſeu calybis igniti, in ſ.q. ▽ pro balneo.

In quo decenter calido mulier ſemel in die, manè ſc., jejuno ventriculo, ſedeat, per hor. unam ſeu alteram, usque ad umbilicũ, per aliquot dies continuando. Idem in alia & ego expertus ſum.

*obſerv.* Cumque *verrucæ* in *cervice uteri* prominerent, conſiliô *Sennerti L. IV. Prax. p. m. 21. ſalv. ſicc.* c. origan. rut. uſt. & fol.

Digitized by Google

fol. ſabin. mixt., præmiſſis univerſalibus, feliciter ſuſtuli.

§. 4. Honeſta mulier, in ſummis doloribus, à *concreto ſanguine* ortis, ſumtô ſpermate ceti recent. in decoct. Zedoar., *ſalv.* & cort. aurant., brevî liberata eſt. *alia.* Aliis hoc profuit *decoctum* ab obſtetrice datum: *alia.*

℞. Artemiſ. rubr, *fol. ſalv. hort.* an. Mj. rad. cichor. ſylv. ℥ß. fl. chamomill. Roman. p. ij. cort. citr. ʒij. coq. in ſ. p. aq. & vin. Col. admiſce ʒij. lap. cancr. crud. contuſ.

§. 5. Alia eosdem dolores à *ſanguine nimis flatulento* perpeſſa compeſcuit eos ſolo vinô, cui *fol. ſalviæ*, baccæ junip. & ſem. aniſ., cum fl. chamom., injecta. *alia.* Mulier plebeja ſolis juſculis, queîs incoxerat *ſalviam* cum hyſſopo, tormina iſta pepulit. Nobili cuidam, præſervationis ergò, hoc *vinum* erat in uſu. *alia.*

℞. fol. meliſſ. Mj. rad. enul. camp. ℥j. fl. chamom. Rom. *ſalv. acut.* cheiri an. p. ij. ſem. cumin. ʒiß. cort. citr. ʒij. M.

Ventrem vero inungebat oleô amygd. dulc., *ſalv.* & carvi. Alia uſurpabat *pinguedinem lucii* piſcis in brodio calid., ſeu aq. junip., *ſalv.* &c. Alia



Digitized by Google

magni æſtimabat *fel gallinæ nigræ* in vehiculo datum. De *felle anguillæ* retulit mihi alia memorabile exemplum, cujus meminero in Diſſertatione mea *de anguilla*. Valde curioſum Celebratiſſimi *Herculis* noſtri, *D. D. Wedelii*, Academiæ Salanæ Ornamenti, experimentum de *aloë*, quam loco *hepatis felliſque anguillæ* ſubſtituit in *Decur. II. Ephem. noſtr. Curioſ. ann. IV. p. 225.*

SECTIO-

Digitized by Google

# SECTIONIS III.
## PARS I.
QUÆ
# PHARMACEVTICO-THERAPEVTICA.
DE
# USU SALVIÆ SPECIALI
IN
# FEBRIBUS.
## CAPUT I.
## DE USU SALVIÆ IN FEBRIBUS INTERMITTENTIBUS.

§. I.

IN *febre* phlegmatica *quotidiana* intermittente notha, ex phlegmate vitreo, crudo, mucilaginoſo, ſeu pontica, minimè temnendum apozema *Foreſti L. III. Obſ. 27.*

℞. *Salv.* meliſſ. chamæp. chamædr. H. paralyſ. beton. majoran. an Mj. fl. ſtæch. utr. roriſm. fl. cordial. an. p. i. ſem. aniſ. ℥iß. careos ℥ß. cicer. rub. ℥ij. coq. in aq. ſ. in duplici vaſe *apozema.*

pro

pro ℔ ij. Col. edulcoret. melle & deſpum.

*obſ. pract.* §. 2. Febres *tertianas* crebrò vicimus ſolis *cochleis* oblongis, in ripa Viſurgis collectis, datô horâ unâ ante paroxyſmum pulvere earum ad ℈ij. in calid. cereviſia, ſubſequente plerumque largô ſudore. Et ſæpius primâ ſtatim vice omnis quievit inſultus. Pulſibus applicui fol. trit. ſeu conciſ. *ſalv.* & rut. admixt. tel. aranear. & adſperſo tantillo aceti. Simpliciſſimis hiſce remediis (ne ſine exemplis loquar) Dn. *Oſvvaldum à Voord,* S. Theol. Lect. in Illuſtri Saxoniæ Corbeia, *D. Georg. Rudolf.* Gronefeld / & fratrem ejus *D. Anton. Friderici,* JCtos, ipſumque adeo Illuſtriſſimum Eccleſiæ *Corbeienſis* Antiſtitem, Dominum *Chriſtophorum,* ex antiqua *Bellinghuſana* ſtirpe ſatum, pluresque alios, feliciter & in integrum reſtitui.

§. 3. Interdum cum aliis miſtum ita exhibui eôdem cum ſucceſſu:

℞. Pulv. conchar. oblongar. in ripa Viſurgis collect. ʒß. Sal. card. ben. abſinth. & cent. min. an. gr. v. tartari Vitriolat. gr. iiij. M. pro una doſi.

Detur hor. 1. ante paroxyſmum, expectatô ſudore.

Sic

Sic liberavi à *tertiana Dn. Placidum Rhees*, O.S.B. Presbyterum, *Matth. Gieſmarn*, Civem Guelferbytanũ, pulv. conchar. ℈ij. & gr. viij. lap. cancr. crud. cont. primâ ſtatim vice fauſtè redemi ab eodem tormento, impoſito ſemper carpis epithemate ſupradicto.

§. 4. Quî autem empirica hæc remedia, exterius ſaltem applicata, paroxyſmum ingruentem arceant, meâ equidem cenſurâ *Cl. Willis L. de Febrib. c. 3. p. m. 129.* optimè expoſuit. Notes etiam velim, *conchas* iſtas oblongas in ripa *Viſurgis, Salæ, Ocræ, Albis &c.* repertas, majores pariter ac parvas, purâ aquâ ſimplici, citra *aceti* acceſſum & nigredinis raſuram, (ſeu calcinationem,) quæ præparatio *Crollii eſt, in Baſil. Chym. p. 227.* ſaltem elotas, non ſolummodò in febribus, præſertim tertianis, ſed quoque in ebullitionibus ac præfocationibus præcordialibus, in morbis fluidis, aliisque ſtomachi inteſtinorumque exotericis acoribus &c. ſolitariè, vel inter corallin., cancrin., ♂t. cinnab. nat., plus nobis præſtare, quàm *quævis pretioſiſſima.* Conf. *D. Ludovici*, Archiatri Gothani, Fautoris & Amici, dum viveret, colendi, *Diſſertat. I. de Pharmacia moderno ſeculo applicand. p. 312.* Ideo etiam augent famoſum *pulverem abſorben-*

*quæſt. curioſa.*



Digitized by Google

*bentem* Celebratiſſimi *Wedelii* noſtri. Vid. ſis Ejus *Opiolog. L. II. Sect. 2. c. 4. p. 113.* In *quartana Salvia* nobiliſſima, teſte *Schenk. L. VI. obſ. pag. 78. ſeq.* & *Joël. de Febrib. p. 31. ſeqq.* uti felici cum ſucceſſu, ſuperiori anno & hoc ipsô, in Nobiliſſimo Domino *Adolfo ab Utterod*, Centurione, ejusque dilectiſſima Conjuge, nec non Domino *Johanne Schikio*, Scriba Præfecturæ *Waltershuſanæ*, aliisque *quartanariis*, experti ſumus.

*obſerv.* §. 5. Ruſticus *Weſtphalus* quàmplurimis *tertianariis*, hor. 1. ante paroxysmum dederat drachmas duas *cineris cuculi* in decoct. aliquo, *ſeu ſalv.*, ſeu cent. min., ſeu aq. fl. ſamb. &c. & omnes, ut mihi dixit *Vitus* Meyer/ Chirurgus, eva-

*alia.* ſerant. Alius in *Holſatia* utebatur ſimili modo *ovis*, è quibus nuper prodierunt *pulli hirundinum*. Matrona nobilis in agro *Brunſvicenſi de corde corvino*, quô ſe multum effeciſſe gloriaba-

*alia.* tur, mira olim prædicavit. Alia commendaverat mercatori *Hamelenſi hepar ranæ* exſiccatum, in aq. *ſalv.* & millefol. ante paroxysmum ſumendum; Fit: alterâ horâ ſuperveniunt convulſiones *epilepticæ*, quas expertiſſimus tandem Medicus ægerrimè profligare potuit.

Eun-

Eundem affectum nuper in vicinia notavi à *tinea*, plantis pedum *febricitantis* impoſita, & jam *obiiſſe* dicitur puella. Sic fiunt experimenta per mortes!

## CAPUT II.
# DE USU SALVIÆ IN FEBRIBUS CONTINUIS ET MALIGNIS.

§. 1.

IN *febre acuta & continua*, convulſionem poſt ſe relinquente, cum ſucceſſu *decoct.*
uſus eſt *Foreſtus L. VII. Obſerv. 17.* decocto *ſalviâ* aucto. In ſimili fere caſu, ipſo etiam variolarum metû, fauſtè adhibuit *Vinum* laxans *Greg. Horſt. L. I.* *vinum.*
*Obſ. 15. Electuar.* Guidonis, aliàs elect. *elect.*
*Papa* dictum, *ſalviâ* etiam conſpicuum. Eſt magnarum virium in febribus *malignis* contagioſisque. *Pharm. Auguſt. Claſſ. XIV. p. m. 459. ſeq.*

§. 2. In febre *continua* cum *alvi fluxu*, *gargaris-*
viriumque lapſu inſigni *Horſt. L. I.* *mus.*
*Obſ. 28.* contra linguæ ſiccitatem & incipientem inflammationem ſeq. ordinavit gargariſmum.

℞. aq. prunell. plantag. fl. liguſtri an. ℥ij.
*ſalv.* ʒi. rob. nuc. Mell. roſ. an. ʒiij.
nitr. præp. ℈i. M.

Alium in morbillis contra gulæ *excoria-*

*ria-*

*riationem* habet *Grüling. L. V. Prax. P. III. p. m. 556.*

℞. Summit. ſtæch. melilot. thymi, hyſſop. *ſalv.* an. Mj.
bulliant in vino dulci. Hujus decocti. ℞. ℔ ij. oxym. ſimpl. ℥ij. ſcyllit. ℥ß. M.

*cucupha.* §. 3. Cucupha capitalis in affectu §. 2. memorato erat hæc: *loc. cit. p. 52.*

℞. Herb. *ſalv.* roriſmar. verben. an. p. ij. fl. roſ. rub. balauſt. an. P. iij. maſtich. el. ſuccin. alb. an. ʒß. N. moſch. ʒj. ſem. nigell. ℥iß. f. pulv. pro cucupha.

*epithema.* Epithema dabit *Gokel. Conſil. pag. 85.* cataplaſma *Horſt. L. I. Obſ. 15. p. 28.* unà cum linimento, in febre *continua* cum convulſionibus, obque harum vehementiam, quaſi paralyſi, eximio. *Salviæ* aqua linguæ ſæpius admota quàm bene ceſſerit pauperculis, non ſemel expertus ſum. Egregiè enim mucum viſcidamque materiam, linguæ adhærentem, abſtergit, cum inſigni languentium emolumento. Quod etiam ſuâ experientiâ confirmat *Cl. D. Joh. Guilielm.* Schmied/ Phyſ. Lyneburg., Condiſcipulus olim meus, nunc Amicus ſincerus.

*obſerv.* §. 4. Civis quidam honeſtus *febri malignâ* decumbens maximam reſtitutionis ſuæ partem *vino ſalviato & meliſſato,*

Digitized by Google

*ſato*, ferebat acceptam. Næ vinum aliquando in *febribus* ſaluberrimum, ſaltem innoxium, ut variis exemplis probavimus in *ſecundo faſciculo obſerv. noſtrar. Medico-Phyſicar. num. 49.* Vinum etiam optimum *ſitis deficientis* in febri maligna ſuſcitabulum, quod inſignes Viri D. D. *Chriſtian. Langius*, in Alma Lipſienſi Prof. olim celeberrimus, & D. D. *Johann. Acoluthus*, Phyſicus Uratislavienſis, rationibus & exemplis venuſtè confirmarunt; ille *in Miſcell. Med. Curioſ. n. 15. p. 38.* hic in *Decur. II. Ephemerid. Med. Phyſicar. German. ann. IV. obſerv. 169.* Adde, ſi placet, *obſerv. noſt. n. 61.* libello allegato.

## Caput III.
## DE USU SALVIÆ IN PESTE.

§. 1.

GEnuina *peſtis* cauſa adeò hactenus in Democriti puteo ſubmerſa latuit, ut etiam *Jul. Palmarus de febr. peſtilent. c. 17.* aperè fateatur: *inſcrutabili* DEI conſilio, (dixerim ego *oſcitantiâ*, & *ſocordiâ* noſtrâ, vel tamen nimiâ *crudelitatis levitate*,) *cognitionem ejus* nobis fuiſſe denegatam. At ſi ſciſſemus, bezoardica, ſeu alexipharmaca,



Digitized by Google

nihil aliud eſſe, quàm remedia *colluviei animatæ* omninò inimica, citiùs ſanè Lucifer ortus fuiſſet, & vel *unica ſalvia* curioſiùs examinata lucem nobis afflâsſet. Vires enim ejus in præſervatione & curatione *peſtis* verè admirabiles. Apozema *purgans* pro phlegmaticis *Cl. Budæi vid. ſis apud Heringium tract. de Peſte. p. m. 180. & 184.* Idem dabit *infuſum l. a. pap. 190. ſeq. & 227. aquam* verò Idem *l. c. p. 134.* & *124. p. 139. 143. 160. 757.* Ego magni facio aquam ☉*is Thom. Jordani de Peſte Phænom. 3. p. 519.* quam *Achilles* noſter tranſcripſit de *card. bened. cap. 10. pag. 196.* Inſignis quoque *Rolfinciana L. IX. Meth. ſpecial. Sect. 2. c. IX.*

*apozema.* *aqua.*

*Rolfinciana.* ℞. fol. ſcord. cich. fumar. card. bened. ſcabioſ. puleg. an. Mvij. acetoſ. rut. galeg. an. Mv. card. Mar. *ſalv.* calend. cum flor. an. Mxiij. ſint plantæ & radices recenter collectæ, conciſ. parùm humectentur & deſtillentur.

Plures vide in *faſcicul. medicam. contra peſtem à Sennerto tract. de febrib. annex. pag. 627. 640. ſeq. 649. & 654.* apud *Plater. L. II. Obſ. pag. 316. & Frideric. Hofmann. Sect. I. theſ. pharmaceut. p. 19.*

*vinū &c.* *Spiritum antiloimicum* vide im Leipzigen

Digitized by Google

zigen Peſtſchaden lit. F. *Vinum antipeſtilentiale* ibid. *lit. K.* & *eſſentiam antiloimicam* ibid. *lit. K.*

§. 2. *Electuarium Johannis Caſtneri* apud *Sennert, & Hering. l. c. p. 597.* & *256.* nobile: *electuar.*

℞. ſol. rat. Mj. *ſalv.* Mß. ſiccat. & pulveriſat. rad. pimpinell. ſicc. & cont. ℥iß. gentian. ʒj. cardamom. ℥ß. bacc. junip. ℥j. nucleor. recent. ex jugland. ℥j. bacc. laur. ex cort. ℥ß. ſerpentar. ʒij. R. tormentill. ʒiiß. bol. armen. præp. ℥ß. Conciſ. & pulveris. add. ther. alex. mixt. c. ℥ß. acet. roſ. Iterum in mortar. contund. & M.

Doſ. manè 4. hor. ante prand. quantitas avellan.

Plura vide apud *Hering. l. c. p. 265. 270. 272. 775. F. Hofmann. in theſ. pharmacevt. p. 56.*

§. 3. *Pulveres antipeſtilentiales ſalviâ* dotati paſſim proſtant. Dabimus ſaltem pulv. vitæ *Bavarorum* an. 1606. uſualem: *pulv.*

℞. Rad. dict. albi tormentill. valerian. ver. angelic. ſerpentar. ariſtol. utr. vincetox. pimpinell. hirc. gentian. cruciat. Zedoar. an. ʒij. been rubr. ℥iß. abſinth. artemiſ. ſcord. rut. dict. cret. card. ben. *ſalv.* utriusque, fl. ta-

nacet. an. ℥ij. nuc. moſch. cinam. an. ℥j. gr. junip. ℥iii.
Pulveriſat. omnia ſeorſim cribrentur, mixt. denique adde ther. opt. ℥vij. temperentur & uniantur cum acet. opt. q. ſ. Tandem exſiccentur ad fornac. calid., ultimò teratur tota maſſa, cui adde iterum terr. ſigill. ſiles. ℥ij. camphor. ʒß. vel ℈i. M. f. pulv.

Plures petentibus largiuntur *D. Petri de card. bened. c. X. p. 170. Sennert. l. a. pag. 690. Hering. lib. cit. pag. 495. & 766. ac Birling. in append. ad C. I. obſ. curioſ. p. 119.*

*theriaca* §. 4. Et quæ *opiata*, quæ *theriaca*, aut antidotus *ſalviâ* commodè carere poteſt? ut de theriac. *Bened. Quercet*, aucta correctaque apud *Schröder. L. II. Pharm. Med. Chym. c. 57. p. 217.* de theriaca *Auguſtanorum in Pharmacop. Claſſ. XIV. p. m. 422.* antidot. *Matthiol. in ead. l. c. p. 433.* theriac. *Germanor. Tabernamontani* apud *Senn. L. IV. de febr. cap. 5. p. m. 448.* aliaque apud *Craton. L. V. epiſt. med. p. 472. de theriac. cœleſti, à Joſ. Quercetano* primum inventa, & ſuprà memorata, nuper verò cum Conſenſu Gratioſi Collegii Medici à ſolertiſſimo Pharmacopæo *Caſſellano*

*Dn.*

Digitized by Google

*Caſſellano Dn. Jacobo* von Dohren/ fideliter diſpenſata (qua de integrum libellum edidit Frid. Hertzog ann. 1676.) nec non theriaca cœleſti *Hoffſtadiana* nuper cum notabili augmento confecta & deſcripta ab Excell. D. D. *Dolæo*, Conſil. & Archiatro Haſſo-Caſſellano, Fautore meo ſingulari, de theriaca *communi* pro pauperibus apud *Grüling. L. V. Prax. P. II. c. 7. p. m. 517.* & *Palmariana* apud *Sennert. L. VI. Prax. p. m. 183.* notum eſt conſtatque inter omnes.

§. 5. *Morſulos D. Sommerfeldii* annotavit *Sennert. l. a. p. 603.* & *Hering. l. a. p. m. 422. Pilulas Id.* Hering *l. d. p. 453.* & *acet. bezoard. pag. 762. noduli odoriferi vid. apud Sennert. l. a. p. 679. ſeq.* & *Hering. l. c. p. 610.* & *741. Unguentum* pro viſitantibus ægrotos, *Senn. l. a. p. 621.* & *linimentum* pro pauperibus *Id. p. 698. emplaſtr.* ad bubones *Id. p. 656. Balſamus* pro ditioribus proſtat apud *Hering. l. a. p. 738. Senn. L. IV. de febr. c. 5. p. 435.* Vel: *morſuli. &c.* *unguentum.* *balſam.*

℞. Ol. ſcorp. ſuccin. camph. citr. junip. angelic. rut. *ſalv.* an. gutt. vj. nuciſt. q. ſ. f. balſ. S. Hertz- und Pulß-Balſam.

Species, ſeu pulveres pro ſuffitu dabit *Hering. l. a. p. 567. ſeq. 570. 576.* & *727.*



Digitized by Google

Ceterùm ut in omnibus venenis *ſalvia* opem ſpondet, ita ſingulariter eam offert in veneno *bufonico*. *Ranchin. de morb. ſubitan. cap. 22.*

*obſ. pract.* §. 6. Civis quidam primarius *Halberſtadenſis* (ut à fratre ejus habeo) in nupera peſte ſe, ſuamque familiam, Deo benedicente, *ſola ſalviâ*, rutâ & bacc. junip. feliciter præſervavit. Uſus ſcilicet iis in cibo, potuque, inque ſuffumigio.
*alia.* Alius in Imperiali *Northuſæ* ſeque ædesque ſuas ſeq. electuario muniebat.

℞. nuc. jugland. à pellicul. purgat. n. XL; fic. n. XXVI. *fol. ſalv. acut.* rut. an. Miß. bacc. junip. ℥j. ſem. card. ben. ʒß. ſal. abſinth. ℈iv. cum acet. affuſ. redige inciſ. & cont. in form. elect. doſ., crebrius in die, quantitas avellanæ.

*alia.* Gravidæ quædam *Erfurtinæ* hoc *elect.* uſurpaſſe perhibentur.

℞. *Conſ.* fl. borrag. *ſalv.* roſ. an. ℥j. cort. citr. cond. rad. helen. cond. an. ℥ß. pulv. bez. Sennert. ʒiij. terr. ſigillat. ver. ℈iv. unicorn. marin. ver. ʒij. f. c. ſyr. ſcord. q. ſ. elect.

*alia.* §. 7. Ego variis amicis, cùm proximus arderet Ucalegon, ſeqq. *rotulas* dedi.

℞. Pulv. bez. pret. Sennert. ʒj. lap. bez. or.

Digitized by Google

or. ver. ℈ß. ſp. diam. fr. ℈i. conf. alch. compl. ℈iv. ſacch. albiſſ. in *aq. ſalv.* ſolut. ℥iv. f. l. a. rotul. S. Bezoar-Küchlein.

Aliis tamen interpoſitis, quæ ſalutaria videbantur, quæque methodus flagitabat & ſana ratio. Amicus quidam *Erfurtenſis* ita olim ad me: *Lues* graſſans lares meos nondum, Dei gratiâ, inviſit, quámvis ad dextram & lævam tantùm non quotidiè juniores cum ſenioribus cadant. Domeſtica mihi remedia optima auxilia, quæ, ſecundùm meam, meorumque conſtitutionem ætatemque colligo, & præparo, & Deus hactenus benedixit labori manuum mearum. Vin ſcire *potiora* arcana mea? dixero ſinceriſſimè. *alia.*

*Salvia* cum *ruta* faciunt mihi pocula tuta.

Et nemo ſanè ex illa familia, ſatis copioſa, *peſte* correptus eſt.



Digitized by Google

# SECTIONIS III.
## PARS II.
## DE USU SALVIÆ SPECIALI IN AFFECTIBUS EXTERNIS.
## CAPUT I.
## DE USU SALVIÆ IN HYDROCEPHALO, ET VULNERIBUS CEREBRI AC CAPITIS

§. I.

cucupha CUcupham paravit *Franciſcus Ranchinus de morb. pueror. Sect. II. c. IV. p. 303.* ex rad. cyper. calam. arom. irid. an. ℥ij. f. meliſſ. beton. abſint. an. Mj. fl. anth. ſtæch. *ſalv.* roſ. an. p. i. ſtyr. calam. benz. ladan. an. ℥j. f. pulv. pro cucupha in hydrocephalo.

potio. §. 2. Potio in omnibus *vulneribus* ſalutaris extat apud *Purmann.* im wahrhaftigen Feldſcheerer *Sect. II. c. XI. p. 76.* ℞. H. alchim. ſanicul. artemiſ. veron. periclimen. *ſalv.* an. Mj. fl.

fl.roſ.Miß.rad. ſerpentar. tormentill. barb. caprin. an. ℥ij.
coq. in vin. & aq. Col. & add. pulv. oc. cancr. ℥j.mumiæ, ſperm. cet. an. ℈ij. M. F.H.

*Petrus Poterius* in vulnere deſperato ſclopo illiſo memorabilem narrat obſervationem *C. I. Obſerv.* 100. *p.m.* 154. *ſeq.* adque calorem conſopitum & ſemimortuum revocandum hoc fotu ſe uſum eſſe feliciter teſtatur. *fotus.*

℞. Verbaſci, hypericon. fl., *ſalv.* roriſmar laur. abſinth. verben. an. Mj. bacc. junip. laur. an.p.ij. M. coq. in ſ. q. ▽ & vin.

§. 3. *Unguentum* mundificans *Sennerti L. I. Prax. P. I. c.* 23. *p.* 176. quod etiam *Greg. Horſt. L. II. Obſ.* 2. *p.m.* 75. vulneri impoſuit, hoc: *unguentum.*

℞. pulv.caryophyllat.angelic. ariſtol.☉, ireos flor. an. ʒj.
*extract. ſalv.* beton. an. ʒij. Gummi elemi in 🜖 roſ. diſſolut. ℥ij.
Mell. roſ. q. ſ. aqua vit.par. M. f. unguent.

Aliud habet *Frid. Hofmann. Sect. XXX. Theſ.pharmaceut.p.* 113. idemque, quòd jam ex *Sennerto* recenſuimus, *Timæus L. VI. caſ. med.* 36.

§. 4. *Linimentum* ſaniem extrahens



Digitized by Google

& materiam ſub cranio contentam. Ejusdem *Sennerti* tale *l. c. p. 182.*

℞. Ol. lentiſc. laurin. gumm. elem. reſin. pin. an. ʒiij. *ſucc. ſalv.* ℥ij. ammoniac. opopanac. galban. an. ℥ß. diſſolv. gumm. in acet., poſtea bulliant in ſucco ſalv. ad ejus conſumtionem & refrigerent.

*empla-ſtrum.* §. 5. *Emplaſtri* de *betonica* præparationem dabit *Sennert. l. a. p. 176.* duplicem, utramque verò *ſalviâ* noſtrâ ſplendidam. Nos magni ſemper fecimus in conſolidatione *vulnerum capitis* emplaſtr. *Cl. Joëlis L. I. Pract. Sect. I. c. XIV. p. m. 157.*

℞. H. virid. betonic. majoran. hyperic. matriſylv. noſtr. millefol. an. Mj. roriſmar. *ſalv.* cent. min. pimpinell. verben. maſcul. ſymphyt. an. Mß. Contuſ. ſimul omnia macerent. per oct. in ☉e in ℔ iij. vin. generoſ., quibus poſt octiduum admiſce terebinth. clar. ℔iß. ol. roſ. hyperic. an. ℥v. è maſtich. ℥iß. coq. ſimul ad vini conſumt., deinde fortiter expreſſ. Col. & add. reſin. pini liquefact., gummi elemi an. ℥iij. cer. alb. liquefact. q. ſ. f. emplaſtr. Inſigne etiam iſtud *capitale Purmanni* im wahrhafftigen Feldſcheerer/ *Sect. I. c. XI. p. 26.*

&

Digitized by Google

& im Chirurgiſchen Lorberkrantz *P. I. c. 3. p. 32.* *Sacculos capitales* Idem habet *Purmann. libro jam cit. pag. 34.* *ſacculi.*

§. 6. Inter vulgus Danicum celebre & decantatum olim erat unguentum *Torchilli*, ruſtici Cimbri, quô feliciter utuntur in vulneribus *recentibus & inveteratis* in *nervorum reſolutione*, & quàmplurimis aliis affectibus, ut huc, tanquam ad *ſacram anchoram*, confugiant. Quamquam ex lege artis neutiquam confectum ſit, contemnenda tamen non eſt plebei hominis experientia, cùm olitor etiam *opportunè* loquatur aliquando. Ideo dignum cenſuit ὁ θαυμάσιος *Bartholin. Cap. VI. hiſt. 25.* publicæ luci ſiſtere, & eſt hoc: *unguentum.*

℞. balſamit. *ſeu ſalv.* part. iv. millefol. part. iij. quæ colligant. exeunte M. Majo, vel aliàs pro tempeſtatis varietate. Minutim inciſa ſimul coq. per hor. ij. in vaſe cum butyr. majal. ℔ viij. pond. civil. filtr., & colat. iterum igni impon., admixt. ſevi cervin. ℔ j. & ſev. hircin. ℔ i. cer. ℔ ß. reſin. pin. quartar. terebinthin. ℔ iß. coq. omnia invicem, donec diſſoluta ſint, deinde ab igne remotis add. tantum ærugin. minut. contuſ., ut viridi colore lingantur, immiſcend. quoque ol. ſpic. ℥ ij. M. & agita, donec refrigeſcāt.

Ca-

## Caput II.

# DE USU SALVIÆ IN FUNGIS ET COMMOTIONE CEREBRI.

§. 1.

pulv. **G**Vilhelmi Fabricii pulv. apud *Sennert. l. c. p. 200.* hic:

℞. rad. caryophyllat. ariſtol. rot. lign. guajac. an. ℥ij. angelic. calam. arom. an ʒß irid. fl. *ſalv.* ſummit. Majoran. fl. rorismar. an. p. i. f. pulv.

Adde *Purmanni* Chirurgiſchen Lorber-Krantzes *P. III. c. 5. p. 478.*

fotus. §. 2. *Fomentum Sennerti* in commotione & contuſione *cerebri* hoc:

℞. Rad. alth. ℥iij. ireos, cyperi, cal. aromat. ℥j. *f. ſalv.* majoran. beton. fl. roſ. rub. ſtæch. arab. an. Mß. Sal. commun. ℥i. coq. in vin. rub. & aq. fabror.

alius. Aliud habet idem *l. c. p. 143.*

℞. nuc. cupreſſ. contuſ. n. X. myrtill. roſ. rub. abſinth. *fol. ſalv.* majoran. ſtæch. fl. cham. an. Mß. alum. roch. rad. cyper. cal. arom. an. ℥ß. coq. in vin. rub. ℔iv. & lixiv. commun. ℔ij. pro fotu.

§. 3. Pro concuſſo, commoto & plurimùm frigefacto *cerebro Grüling. C. II.*

*cur.*

Digitized by Google

*cur.41.* ſequens præſcripſit *lixivium* mane & veſperi uſurpandum : *lixivium.*

℞. H. origan. beton. *ſalv.* thym. ſerpill. puleg. an. Mj, rorism. Mß. fl. roſ. rub. p. iij. cort. arant. ℥j. citr. ℥ß. ſem. fœnic. ʒvi. coriand. ℥iij. rad. pœon. ʒvi. ireos fl. ℥iij. D. pro lixivio.

Utebatur ægrotus etiam pulv. ex ſem. aniſ. fœnic. rut. coriand. *H. ſalv.* majoran. nuc. moſch. &c. parat. & vino cephalico *ſalviâ* aucto.

## CAPUT III.
## DE USU SALVIÆ IN ACHORIBUS, PHTHIRIASI, ET CANITIE.

### §. 1.

PRæmiſſis univerſalibus, cum inclyto *Timæo L. V. caſ. med. 3.* capita *achoroſa* feliciter ſemper lavimus decoct. ex rad. lapat. acut. helen. alth. fol. chelid. ſcabioſ. *ſalv. &c.* fricando eadem ſapone nigrô, & poſt deterſionem ol. amygd. amar., in quo tantillum lithargyrii ſolut., inungendo , ſicque complures à moleſtis hiſce ulcuſculis liberavimus. *decoctum.*

*§. 2.* Veteranus *Sebizius Specul. Med. Pract. T. I. P. II. Sect. V. c. 12. p. m. 567.* inter ſpecifica contrà pediculationem refert *ſalviam*,

*§. 3.* Au-

Digitized by Google

*balſ.* §. 3. Aulicus quidam XXX. circiter annorum, cùm immaturiùs *caneſceret*, & ob id in contrahendo cum Prænobili Virgine matrimonio, repulſam metueret, à *Timæo L. VI. caſ. 35.* hunc *balſamum* obtinuit:

℞. ſuccin. uſt. & in pollin. ſubtiliſſ. redact. ℥ij. ambr. gr. moſch. Zibeth. an. ℈ß. ol. ſtill. lign. rhod. lavend. *ſalv.* majoran. rut. an. gutt. XI. caryoph. gutt. XV. ol. nuc. moſch. per expreſſ. fact. q. ſ. ad incorporand. f. balſam.

Abſumit nimias cerebri humiditates, & inde naſcentes catarrhos, caput roborat & pilos nigredine tingit. Egregium *canitiei* remedium, ſed palliativum tantùm, & ſæpe repetendum, præſertim à balneo & ſudoribus.

*obſ. pract.* §. 4. Honeſta femina fœdam filiæ *phthiriaſin* nuper feliciter pepulit *ſolô oleô* lavendulæ & *ſalviæ*, quô veſperi totum caput oblinebat, vittâ operiens, & poſtmodum mane *decoct. fl. ſalviæ* & cent. minor. abluens. Eôdem in ſimili caſu aliæ cum ſucceſſu uſæ ſunt, & hâc ipsâ ſeptimanâ ruſtica quædam *Mihlana*, ut in Muſæo mihi retulit.

Ca-

## Caput IV.

# DE USU SALVIÆ IN PALPEBRARUM PALPITATIONE, DOLORE CIRCA COXAM ET DORSI, AC LUXATIONE SPINÆ.

§. 1.

CL. *Bartitſchius P.IX.* ὀφθαλμοδουλείας *c.13.ſeq.* commendat aquam: *aqua.*
℞. Cort. ſalic. ℥iiij. bacc. junip. ℥iiiß. *H.ſalv.* ℥iiiß. caſtor. ℥iß. bacc. laur. ℥j. pulveris. & mixt. aff. vin. moſcatell. ℥iij. digère per ♃ ♂ viij. deſtill. & ſæpius hac ▽ inunge palpebras, ſponteque arefieri permitte.

§. 2. In dolore circa *coxam* extra applicuit *Plater. L.II. Obſ. p. 335.* *alia.*
R. *Aq.ſalv.* ℥ij. aq. vit. ℥iß. camphor. ʒß. opii ʒß. M.

In dolore verò *dorſi Grüling. C.III. Obſ. 97.* mane ac veſperi locum affectum inungi juſſit ſeq. aq. vit.
R. Aq. vit. ℥vj. quib. infund. fl. roriſm. *ſalv.* lavend. majoran. an. p. i. cardamom. ʒj. caſtor. ℈j. diger. in vitr. *alia.*
Hujus aq. vit. ℞. ℥ij. *aq. ſalv.* ʒß. ol. deſtill. ſpic. ℈i. M. S. Waſſer/den Rücken damit zuſchmieren.

§. 3. In luxatione *ſpinæ* fotum dat *fotus.*

Sen-

*Sennert. L. V. Prax. P. VI. c. 5.* ante laminarum & emplaſtror., pro emollitione aptiorique partis repoſitione, uſum adhibendum.

℞. *Salv.* alth. fl. chamom. meliſſ. hyperic. an. Mj. coq. pro fotu.

*obſerv.* §. 4. Puer XIII. annorum nuper immani & perpetuo dorſi ventriculique dolore cruciatus, ſed cum omnia, etiam delicatiſſima, faſtidiret remedia, & vix externa admitteret, juſſi, ut ſolâ aquâ *ſalviæ* & liliorum convallium crebriùs loca affecta ad fornacem lavarent, & ſanè, ceſſantibus torminibus, brevî ipſe reſtitutus. Adeò præſentaneum aliquando levamen à leviſſimo remedio, quod vix tibi promitterent multa alia pomposè & monſtrosè compoſita; ut miſericordiam & omnipotentiam Benigniſſimi Dei, in quavis plantula conſpicuam neſciam ſatis admirari.

## CAPUT V.

## DE USU SALVIÆ IN SCABIE, CONTRACTURA ET GIBBOSITATE.

§. 1.

*obſ. pract.* NObiles pueri, fœdâ *ſcabie* laborantes, ſequentia remedia fauſto cum ſucceſſu nuper à me obtinuêre. R. Rad.

Digitized by Google

℞. Rad. lapath. acut. ℥ß. helen. pol. q. fœnic. an. ℥ij. *fol. ſalv.* nobil. ſcord. ver. fumar. ſcabioſ. cich. an. Mß. fl. cent. min. borrag. an. p. i. ſem. carv. hyperic. fœn. an. ℨj. bacc. junip. ℥ß. Inciſ. & cont. coq. in aq. ſ. ad tertias. Col. admiſce Syr. de fumar. ℥ij. cich. c. rhab. de epithym. an. ℥j. oxym. ſcyllit. ℥ß. M. *decoct.*

Digeſtos præparatoſque humores expuli:

℞. Elect. de tamarind. c. fol. ſenn. D. Horſt. ℨv. ☿ii dulc. gr. viij. mag. Jalapp. gran. iiij. ſyr. roſ. ſol. ℥ß. M. S. Laxier-Latwerge für beede Kinder. *purgans*

Reliquos exantlavit diaphoreticum. Summè etiam profuit Tinct. ♁ii: & hoc unguentum.

℞. *Unguent.* contra ſcab. officin. ℥i. 🜍 viv. ſubtiliſſ. trit. ℨj. ☿ ſublimat. in ſ. q. aq. plantag. ſolut. gr. ij. D. S. Krätzſalbe. *unguent.*

§. 2. Excellens etiam iſtud *linimentum Joëlis L. X. Prax. Sect. III. p. 543.* *aliud.*

R. Butyr. recent. ℥ij. liquefiat ter quaterque ſemper in aq. frig. profundendo, cui deinde admiſce ſucc. lapath. acut. ℥iij. ſucc. limon. ℥ij. in quibus ſimul commixt. ebulliant fol. majoran. & *ſalv. virid.* ac conciſ. usque ad

Aa ſuc-

Digitized by Google

ſuccorum evaporationem, tandem fortiter exprim, & col. Colatæ pinguedini admiſce tenuiſſ. pulv. 🜍 ℥ß. camph. ℨß. & diutiſſimè agitentur in mortario, quibus poſtremò, jucundioris odoris gratiâ, admiſce gutt. X. ol. de ſpica, ſeu 🜔 junip.

*balneum.* §. 3. Utile etiam balneum *Grülingii L. V. Prax. P. III. c. X. p. 563.*

R. Rad. bryon. ℥j. lapath. fl. ſcabioſ. an. Mj. H. fumar. R. irid. noſtr. an. ℨiß. enul. ℥iij. Herb. mercurial. Mj. *fol. ſalv.* Miß. alum. ℨvi. gypſi uſti ℨi. ſulph. extinct. ℥j. tartar. ℨiiß. D. pro balneo.

*aliud.* §. 4. *Ruland. L. I. curat. empir. p. m. 59.* in contractione *genu*, ex equi calcitratu accepta, ſeq. adhibuit *balneum.*

R. fl. chamom. *ſalv.* gran. junip. an. MX. coq. in aq. pro balneo.

in quo ægrotans inſedit mane ac veſperi. A balneo perunxit fortiter ſub genu affectum poplitem hôc unguentô:

*unguent.* R. pingued. taxi, vulpis an. ℥iij. ol. maſtich. ℨij. ol. ſpicæ ℥i. acet. ℨiij. M. ad ignem pro unguento, & decimo die ruſticus iterum genu totumque pedem extendit eique inſtitit, & promtè ambulavit.

*fotus.* §. 5. In contractione *digitorum* in ma-

manibus, & reſolutione manuum, etiam hanc fomentationem uſurpavit *Plater. L. I. Obſ. p. 140.*

R. Rad. alth. bryon. ireos lil. recent. inciſ. de ſingulis tantum, quantum poculum vulgare capit, abſinth. thym. *ſalv.* an. Mj. fl. chamom. melilot. ſambuc. an. p. i. ſem. lin. fœn. gr. an. cochl. iij. vel iv. coq. in decoct. inteſtin. capit. & pedum vituli, additô paucô vinô. In hoc decocto foveantur ſingulis matutinis manus. Vel:

R. ſummit. junip. cum baccellis, H. *ſalv.* agreſt. origan. fol. querc. abſinth. fruct. abiet. an. q. ſ. coq. in aq. usque ad conſumt. humid., ut craſſum fiat. *Grüling. l. a. p. 584.* hocque exhibet unguentum regale: *unguent.*

R. H. rec. rut. *ſalv.* anth. beton. abſinth. meliſſ. menth. aneth. fl. cham. an. Mx. ivæ arthet. Miv. majoran. abrot. puleg. card. ben. hyper. an. Miij. inciſ. & cont. inf. in. ol. oliv. recent. & clari ℔ xxx. ſtent. in infuſ. vin. francon. ℔ iiij. deinde coq. ad conſumt. aquoſitat., in fin. add. unguent. de alth. ℔ iij. ol. laur. ℔ vi. lumbr. chamom. Vulpin. roſ. an. ℔i. ſp. junip. petrol. terebinth. an. ℥ij. cer. q. ſ. M. f. unguent.



Digitized by Google

Conf. Cl. *Scharſii tr. de Junip. c. 26. pag. 361.*

*digeſtiv.* §. 6. In principio *gibboſitatis* digeſtivô uſus eſt *Crato L. VII. conſil. 102.*

R. Syrup. de duab. radicib. ſtæch. ſimpl. beton. an. ℥iij. *aq. ſalv.* beton. fænic. an. ℥i. M. f. potio S. Morgentranck.

*obſ. pract.* §. 7. Retulit mihi nuper Vir ſincerus, ſe quondam ultrà *quinquennium* moleſtiſſimâ *contracturâ*, inprimis *dextri brachii*, laboraſſe, multosque paſſim celebriores Medicos fruſtrà conſuluiſſe, tandem virtutes *antimonii* altiùs ſecum expendens, in ſeipſo experiri voluit, quid valeat. Sumſit primò V. grana; at nihil indelevaminis: progreſſus ad ℈ß. & ecce! dextram cum brachio *ſenſim* & *ægrè* motitare cœpit: addidit adhuc grana quinque, *notabili* cum ſucceſſu. Tentavit cum *ſcrupulo* integro: & pileum denuò detrahere, brachiumque *ſurſum* ac *deorſum* movere quivit. Subſtitit demum in *triginta* granis; & hôc unicô remediô integram ſanitatem perfectè obtinuit. Idem alium eodem medicamento à *lue Venerea* feliciter redemit. Quid? quod dedit uxori ſuæ tum gravidæ, grana quinque aliquot matutinis ſummo cùm emolumento. Novit alium, qui quovis mane grana v. aut vi.

ſum-

ſummo cum appetitu, citra omnem noxam, devorat. Notabile, ab uſu hujus remedii homines plerumque emaciatos impinguiſſe, ut in ſeipſo obſervârat Vir laudatus. Cumque ni fallor, antimonium iſtud in vino, ſeu *aqua ſalviata*, ſumſerit, commodè hanc hiſtoriam heîc attexere volui.

## CAPUT VI.
## DE USU SALVIÆ IN ARTHRITIDE.

§. I.

Cum *podagra, chiragra, dolor iſchiadicus* unam eandemq; matrem agnoſcant, arthritidem, ex uno emergant fonte, & curationem plerumque communem habeant, caput hoc *arthritidi* tantùm ſacrabimus.

Præmiſſis univerſalibus in podagræ præſervatione ſeq. decoct. proponit *Platerus L. II. Obſ.* *decoct.*

℞. Oſſium diverſor. combuſtor. c. lign. quercin. cineres, per quos coletur ▽. fabror. extinct. ferri, addita menſur. 1. vin. rubr. & urin. puer. f. lixiv. ſatis efficax, in quo coq. pruna ſylv. ad uſum ſiccat. ad p. i. vel ij. *ſalv.* chamæpit. an. Mj. ſalis p. i. utatur frequenter, inprimis purgato corpore,

pedesque podagrici ſæpe in eo immergantur mane ac veſperi. Sic per biennium quædam ab hac tortura libera fuit.

Alia purgantia vide ſis apud *Foreſt. L. XXIX. Obſ. 20. & Plat. L. II. Obſ. p. 459.* ac *Crat. l. 1. Conſ. 15. p. 113.* Adde *Ranchin. de morb. ſen. partic. Claſſ. IV. c. ult. p. 588.*

§. 2. Virgo chronico ultrà annum durante dolore coxendico infeſtata, ne plumas quidem tolerante, ut in lecto cubare nequierit, quin in ſella ſedere per totam noctem ſit coacta, hoc cum fructu uſurpavit.

*hydromel.* ℞. Rad. enul. fœnic. petroſel. an. ℥ij. H. meliſſ. hyſſop. anth. card. ben. *ſalv.* adiant. utr. an. p. i. liquirit. ℥ij. f. ſenn. s. ſt. ʒx. agar. troch. ℥iij. jalapp. ℥iiß. rhab. el. turb. alb. gumm. an. ʒij crem. tartar. ℈iv. cinam. gal. an. ʒi. f. ſaccul. pro menſur. hydromell.

*vina.* §. 3. Placent *vina medicata?* promet *Birling.* ſuum in *append. cit. p. 9.*

℞. f. chamædr. chamæpill. *ſalv.* an. ℔ij. fl. prim. ver. ℔j. anth. viſc. quercin. an. ℔ ß. cort. lign. ſanct. ℥ix. rad. chin. ℥iij inciſ. repon. in eine Tonne Moſt.

*aliud.* Aliud *Grüling. L. V. Prax. P. I. p. m. 466. & C. I. obſ. 38.*

R. quin-

℞. quinque rad. aper. an. ℥ij. H. paralyſ. anth. chamæp. ivæ arth. *ſalv.* an. Mß. fl. anth. beton. cich. roſ. an. p. i. Rad. mechoacann. rhab. an. ℥j. hermodact. turpet. an. ℥ij. f. ſenn. s. ſt. ℥x. agar. alb. ℥ij. Cort. citr. ſicc. N. moſch. an. ℥j. galang. macis an. ℥ß. ſem. aniſ. fœnic. an. ℥ß. 🜔 tartari gr. vi. f. nodul.

Aliud habet idem *l. c. p. 468. B.*

*§. 4. Aqua arthritica Timæi* hæc: *aqua.*

℞. Rad. valerian. gentian. ariſt. utr. rhapont. ver. pœon. artemiſ. imperat. angelic. an. ℥j. H. cent. min. chamædr. chamæp. hyper. c. *flor. ſalv.* meliſſ. majoran. roriſmar. an. Miß fl. beton. prim. ver. pœon. ſamb. an. Mi. ſem. petroſel. macedon. hyper. pœon. an. ℥ß.

Inciſ. & cont. aff. 🜄 ivæ arthet. ℔ij. meliſſ. ℔iß. hydromell. opt. ℔ viij. ſtent in infuſ. per 3. ☍, poſtea deſtill. Vid. ejus deſcript. med. caſ. annex. p. m. 405.

*Frid. Hofmanni in Theſ. pharmacevt. p. 3.* hæc:

℞. Calam. arom. galang. cyper. rot. coſt. *alia.* arom. pyrethr. an. ℥vi.

H. roriſm. ℥i. *ſalv.* ℥vi. majoran. ℥ß. fl. chamomill. rec. ℥vj. ſtæch. arab.



Digitized by Google

thym. an. ʒß. N. moſch. ℥iij. bacc. junip, Mj.

Groſſo modo conciſ. aff. ſpir. vin. rhenan. ℔ iiij. macer. per n. & d. iv. & deſtill. ex MB. adſiccit. doſ. cochl. i. Internè & externè uſus ejus.

*alia.* Aliam vide in *Pharm. Auguſt. Claſſ. XV. p. m. 495.* & in *diſpenſat. Hafnienſ. Claſſ. XIV. p. 156.*

*ſpiritus.* §. 5. *Spiritus arthriticus* mirabilis apud *Zephyrum* noſtrum *Claſſ. III. tit. 20. prodr. Prax. Chym. p. 782.*

℞. ſp. junip. c. vin. deſtill. ſp. lumbr. terreſt. an. ℥ij. ſp. cochlear. fl. ſamb. an. ℥i. ſp. ſal. armon. ℥ß. 🜄 lavend. *ſalv.* an. ℥j.

In quibus diſſolv. ſapon. venet. ℥iiß. camphor. ʒvi. op. thebaic. ʒß. croc. orient. gr. XII. ol. ſtill. ſalv. lavend. an. ℈ß. M. & digere per aliquot n. & d., poſtea filtra & ſ. in vitro ad uſum. Parti affectæ cum linteo calidè applicetur.

*elixir.* §. 6. *Elixir arthriticum D. D. Michaëlis* hoc apud eund. *Tiling. l. c. p. 775.*

℞. H. chamædr. chamæp. an. Mij. ſummit. cent. min. fl. hyper. an. Miß. *ſalv.* beton. prim. ver. lavend. ſtæch. arab. anagallid. an. p. iij. rad. filic. rhapont. vincetox. caryophyll. bardan. ariſtol.

⊙.

Digitized by Google

☉, gentian. an. ℥j. ſcrophul. ℥iiß. ſem. hyperic. ℥j. petroſel. maced. ʒiij. Inciſ. & cont. aff. 🜄 rectif. digere per menſ., poſtea ♌la, & habebis ſpiritum. Hunc novis ſpeciebus & ſali ex cap. mort. har. ſpecier. elixiviato ſuperfund., & iterum per menſ. digere, poſtea filtra & ſ. ad uſum.

Loco 🜄 ſimplicis poteſt alius ex vegetabilibus ſpecificis paratus ſubſtitui. Doſ. à gutt. 20. ad 30. in vehiculo convenienti.

§. 7. *Mixtura Grüling. C. I. Obſ. 34. mixtura* digerens talis;

℞. Syr. de beton. pœon. an. ℥iß. tartar. vitriolat. ʒiß. ſp. vitriol. gutt. vi. ▽ chamæp. *ſalv.* an. ℥iß. M. divid. in 2. p. æqu.

§. 8. *Electuarium Cratonis* fit ita: *elect. L. I. Conſil. XV. p. m. 115.*

R. Conſ. roſ. borrag. an. ℥j. anth. *ſalv.* citr. condit. an. ℥ß. ther. opt. mithrid. opt. an. ʒi. ſem. citr. corall. præp. marg. præp. an. ℈ij fol. ☉n. v. M. & c. ſ. q. ſyr. de cort. citr. f. elect.

*Plateri L. II. Obſ. p. 466.* hoc: *aliud.*

R. fol. chamæp. chamædr. an. ℥ß. *fol. ſalv.* beton. thymi an. ʒj. ſem. hyper. ʒij. rap. acor. ver. pentaphyll. an. ʒj. ſuccin. ebor. ciner. cran. human. an.

 ʒiß.

Digitized by Google

ʒiß. margarit. ʒß. mell. anthoſat. ℥iv, f. elect. doſ. ʒj. alternis diebus.

*aliud.* Aliud utiliſſimum, quô feliciter evacuatur materia peccans, dabit *Grüling. Prax. L. V. P. I. p. 465.* & in *append. ad C. I. Obſ. p. 105.* Tam in præſervatione, quàm curatione podagræ *Dolæus* noſter exhibet elect. *Sydenhammii*, quod jam in Anglia magni penditur, & eſt tale:

*aliud.* ℞. Rad. angelic. calam. arom. imperat. helen. f. abſinth. cent. m. marrub. alb. chamædr. chamæp. ſcord. calaminth. vulg. parthen. ſaxifrag. prat. hyperic. virg. aur. ſerpill. menth. *ſalv.* puleg. abrot. ſanton. fl. cham. tanacet. lil. convall. croc. auſtr. ſem. thlaſpi, cochl. hort. carv. bacc. junip. M. f. pulv. ſubtiliſſ. an. ℥iv. excip. ſyrup. ex vino canario c. ſacc. fact. & in elect. debit. conſiſt. F. ſ. a. elect. Doſ. mane ac ſerò ʒij. Vid. *L. III. ejus Encyclop. med. c. 14. p. 646.*

*aliud.* Vel in defectu hujus idem *Dolæus* commendat hoc ex tempore parabile ad mentem *Sydenhammii*:

| | |
|---|---|
| ℞. Conſ. cochlear. hort. ʒiß. | cort. flav. aurant. cond. |
| abſinth. rom. | rad. angel. condit. |

℞. Conſ.

℞. Conſ. trifol. fibrin. | N. moſch. condit. an. ℥ß.

theriac. Androm. ℨiij. pulv. ari comp. ℨij. c. ſ. q. ſyr. aurant. F. elect. Doſ. quotidie bis ℨij. ſuperbibendo ſeq. aq. cochl. v. vel vj.

℞. Rad. raphan. ruſt. ℥iij. cochlear. hort. trif. fibr. naſt. aquat. beccab. *ſalv.* menth. an. Miiij. cort. aurant. n. vi. N. moſch. contuſ. add. cereviſ. Brunſvicenſ. ℔ xij. deſtilla & ℔ viij. ∇ eliciant. pro uſu. *aqua.*

Ne mireris autem, *antiſcorbutica*, & quidem ſpecificè *cochlear. naſt. aquat. trifol. fibr.* &c. adeò prodeſſe podagricis, quod firmâ experientiâ conſtat.

§. 9. Pulv. diureticus nobili arthritico præſcriptus à *Cratone L. II. conſil. XXII.* eſt ſequens: *Pulvis.*

℞. ſem. leviſtic. aniſ. petroſel. an. ℥ß. enithrodani, meliſſ. gentian. an. ℨiij. *ſalv.* beton. an. ℨij. M. f. pulv. Doſ. ℨi. in juſculo manè.

Alius, quô multi dicuntur curati ibidem, hic eſt: *alius.*

℞. chamædr. chamæp. cent. maj. & min. *ſalv.* beton. gent. ariſt. ☉ an. ℥j. guajac. opt. ad pond. duplum omnium reliquor.

f. pulv. ſubtil. doſ. ℨi. mane per multos menſes in aq. mell. aut ſacchar.

§. 10.

*pilula.* §. 10. *Pilula Foreſti L. XXIX. Obſ. 18.* tales:

R. MP. de hermodact. maj. ℈i.
foetid. ℈ß.
de hier. ſimpl.
agar. troch. an. ℈ß. diagr. gr. i. *f. c. aq. ſalv.* pil. v. pro una doſi.

*clyſma.* §. 11. In *coxendice* ſequente enemate opportuniſſimè & crebriùs uſurpa:

R. *Salv.* rorismar. cent. m. rut. chamæp. mercurial. an. Mj.
ſem. aniſ. fœnic. an. ℨij. pulp. colocynth. in linteol. ligat. ℈j.
coq. in ſ. q. 🜄 ad tertias. Colat. ℔j admiſc. hier. ſimpl. diaphœn. an. ℨvi. ol. rut. ℥ij laur. ℥ß. ſal. ℨj. f. clyſt.

*Joël L. X. Pract. Sect. 2. p. m. 536.* Aliud exhibet *Bruel. l. c. p. 445.*

*fotus.* §. 12. *Fotus Poterii C. II. Obſ. 35.* paratur ſic.

R. bacc. junip. laur. ſem. lin. fæn. gr. cumin. an. p. ij. *H. ſalv.* menth. rorismar. ivæ arthet. artemiſ. an. Mj. coq. in ſ. q. aq. & vin. pro fotu.

*aq. externa.* §. 13. *Aquam* ad *extra* largietur *Crato L. VII. conſ. 33. p. m. 282.*

R. *Salv.* rut. ivæ arth. hyſſop. an. Miß. ſal. ℥ij. macer. in ℔ viij. vin. add. acet. vin. ℔ ij. & deſtilla.

*D. Horſt.* lintea ſeq. *aqua* imbuta calidè applicabat.

R. *Aq.*

Digitized by Google

℞. *Aq. ſalv.* ℥iij. de hirundin. c. caſtor. theriacal. cephal. an. ℥j. ſp. lil. convall. ℥ß. M. *Toner. L. IV. Obſ. 4.*
Conf. *Plater. L. II. Obſ. p. 479.*

§. 14. *Unguentum Paræi L. XVII. unguent. Chirurg. c. 15.* hoc:

℞. Catell. junior. reject. pellib., capitib., pedibus & inteſtinis n. ij.
includ. illos anſeri pingviori & add. ranar. viv. n. x. viperar. in fruſta conciſ. ſine exuviis n. iv. theriac. mithridat. an. ℥ß. *f. ſalv.* anth. rut. thym. an. Mß. bacc. laur. junip. conquaſſat. an. ℥ß. N. moſch. zingib. piper. caryoph. an. cont. ʒj.

